




Caja C-101

gje



لَمْ يَرِدْ مُلْكًا / فِي مَعْنَى حَذْوَمَلًا
• مَلْكٌ مَلْكٌ

GRAMMATICA SYRIACA, SIVE CHALDAICA,

Georgij Michaelis Amira Edeniensis è Libano, Philosophi, ac
Theologi, Collegij Maronitarum Alumni,
in septem libros diuisa.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.
D· HENRICVM CAETANVM
S. R. E. CARD. CAMER.



R O M A E,
In Typographia Linguarum externarum.

Apud Iacobum Lunam. M. D. X C V I.

SUPERIORVM PERMISSV.

3

C

M

A

D

G

H

T

L

A

D

E

N

R

I

C

T

E



MO MO
ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.
D. HENRICO CAETANO,
S. R. E. CARD. CAMERARIO.

GEORGIVS AMIR A EDENIENSIS E LIBANO,
Collegij Maronitarum Alumnus. S. P. D.



V M linguæ Chaldaicæ, siue Syriacæ, Illustrissime Princeps, multis annis operam dedissem; & multa variarum facultatum eiusdem in meum (vt fere fit) priuatum vsum collegissem: multorum amicorum , ac virorum varias linguas profitentium , & huius quoque linguæ consequendæ quam maximo desiderio flagrantium , tū hortationibus , tum precibus fatigatus sum , atque quasi coactus , vt ea , quæ de institutione huius linguae , a me quoquo modo notata erant , tamquam maxime vtilia , & ad eam capeſſendam necessaria , in ordinem redigerem ; & propter publicam studiosorum vtilitatem , in lucem , manusq. hominum exire permitterem . Ad quod munus exequendum me

a 2 maxime

maxime Clementis Quinti Pontif. Max. fel. record.
(iucundam cuius Pontificis memoriam Octauus e-
ius cognominis repræsentat) ac totius Viennensis
Concilij , de studiis hanc linguam edocendis , de-
cretum commouit . Prædictus enim Optimus Pa-
stor , quam vtilis Christianæ Reip. esset huius linguae
cognitio , cū animaduerteret , vniuerso Concilio iam
nominato approbāte , statuit , vt in celeberrimis qui-
busque totius Europæ gyμnasij , huius quoque lin-
guæ , scholæ erigerentur . Quod quidem hucusque
ob librorum fortasse , hominumq. huius linguae pe-
ritorum penuriam , non videtur esse factitatum . Id ,
quod ipsius linguae dignitas quodammodo iure suo
postulabat ; quippe quæ Christo Domino , & Apo-
stolis (vt inter omnes doctores constat , & manifeste
ex nouo probatur testamento) vernacula fuerit , ac
materna . Quamobrem , vt tum amicorum , tum
præcipue ipsius Sacri Concilij desiderio satisfacerē ,
septem libellos de huius linguae institutione , a me
summo studio , labore , ac vigilantia , ob bonum pu-
blicum , communemq. totius Europæ vtilitatem , La-
tine eo ordine , facilitate , & claritate , qua mihi per va-
rias in alijs rebus occupationes licitum fuit , con-
scriptos edere decreui . Et quoniam , qui scribunt ,
antequam sua opera in apertum proferant , nobilem
aliquem , ac generosum Principem patronum sibi
eligere solent , qui possit , & velit sibi munus oblatū
vel patrocinio defendere , vel splendore nominis illu-
strare . Idem ego quoque spectans licet alienigena ,
& peregrinus ab ipsa Syria , ac Libano oriundus : tua
tamen

tamen , qua amplecteris vniuersos , humanitate , ac
benevolentia fretus, te nobilissimum, ac generosissi-
mum Principem, meum, meiq. opusculi patronum ,
ac defensorem elegi : qui ea es potestate, qua acerri-
me quoscumque ad te, tuumq. patrocinium confu-
gientes defendis ; eaq. benignitate, & clemētia, qua
concedis hominum nemini , quaque singulos tuam
desiderantes tutelam, ac beneficentiam nō repellis .
Humanitate itaque tua, ac benignitate, generosi ani-
mi magnitudine, clarissimi nominis splendore, & no-
bilissimi generis tui magnificentia nixus, hos septem
libellos nomini tuo inscripsi, tibi q. dicaui, qui quam-
quam ad altissima quæque oculos intendis ; tui ta-
men simillimus aquilæ instar (quæ merito est tua in-
ter insignia) mentis acie prospicis etiam minutiora .
Quod quidem plurimum valuit, grauissimeq. me in
hanc mentem impulit, cum eximia tua erga nostrū
Maronitarum Collégium benevolentia mulis in re-
bus perspecta nobis, & cognita; tum vetus amicitia,
quam tibi cum Illuſtriss. ac Reuerendiss. bonæ mé-
moriæ Card. Carafa, nostro optimo, ac beneficentif-
fimo parenti fuisse non ignorō. Offero igitur tibi hos
libellos , quasi cedrorum fructus a Libano decisos ,
peracerbos illos quidē, & immites : tibi tamen (vt e-
quidem spero) non ingratos, non iniucundos; quod
& a remotissimis sint partibus, & quod primi sint, ac
noui fructus , qui nonnullam apud dominos gratiā
habere solēt . Offero, inquam, primitias ingenij mei,
primosque studiorum , ac lucubrationum mearum
fœtus ; & qui primum ab homine Syro , in solo R-
mano

mano lingua Latina sint editi, non tāquam te , tuaq.
amplitudine dignos : sed perpetuæ meæ, qui mox in
Syriam ad amplificandam pro viribus meis fidem
Catholicam sum reuersurus, obseruantiae pignus , &
amoris . Quod si hoc meum tibi qualecumque mu-
nusculum gratum, iucundumq. esse, & a te benigne
& humaniter suscepimus esse cognouero ; ad alia e-
iusdem, & alterius generis alacrior efficiar, ac prom-
ptior : & singularis, præstantisq. bénignitatis , & hu-
manitatis tuæ non solum in Europæ: sed, & in totius
Orientis partibus , apud exterias quoque nationes
prædicator ero, & amplificator syncerissimus. Vale.



A D - S T V D I O S V M ,
A C B E N E V O L V M
L E C T O R E M

Auctoris Præfatio.



Mpedimenta ne , & occupationes, benigne Lector, quæ me ab hoc scribendi genere, imprimendique cogitatione deterrent: an vero rationes, quæ me ad id persuaderent, maiores essent; non facile possum iudicare: rationes tamen possum enumerare; impedimenta vero, & occupationes nequaquam. Sed, vt occupationes, & alia, quæ me maxime retardabant (cum opus iam Dei beneficio ad finem perductum sit) prætermittam; quamuis rationes, quæ me ad id impulerunt, multæ sint, ac variae: haec tamen sunt præcipuae. Primum fuit multorum huius linguae Chaldaicæ , siue Syriacæ ediscendæ desiderium . Hos enim , cum multarum linguarum cognitionem haberent, & hac, quæ inter linguas est præstantissima, carerent, magno illius acquirendæ studio flagrare; maximeque se eam non posse assequi, dolere perspiciebam. Deinde videbam Grammaticas quasdam in multis potius ad linguae Hebraicæ , quam Chaldaicæ , siue Syriacæ normam constructas circumferri, maximique æstimari , ac vendi; quæ quidem tantum abest, vt veram huius linguae cognitionem studiosis traderent , vt multis implicatam erroribus in eorum animis ita ingenerarent; vt quidam studiosi alijs veram, ac germanam, contrariam tamen illi, quam edocti fuerunt, cognitionem habentibus vix fidem adhiberent. Ex quo facile magnā huius

huius linguae in Europa , tempore labente , corruptionem orituram esse , mihi persuasum erat . Præterea cognoscetam id fore multo usui , & utilitati nostri Maronitarum Collegij Alumnis , qui cum de Syria , ac Cypro , ut plurimum pueri ad disciplinas capessendas Romam veniant ; magnopere , propter magnam Syrorum Grammaticorum obscuritatem , difficultatem , & quod magis est , eorumdem librorum penuriam in Grammatica Syriae acquirenda laborare solent ; quemadmodum in me ipse expertus sum , qui à mea pueritia in ea consequenda non ob aliam causam , maiorem , quam opportebat , labore posui , ac sudorem : nisi quia mihi deerat aliquis auctor , qui rem Grammaticam clare , distincte , & ordinate tractaret , ac traderet . His accedit , quod cum ipsi Latinam linguam cum Syriae , & alijs suis linguis coniunctam ediscerent , multum illis conducere mihi videbatur , si aliqua Grammatica , in qua Syriae Grammaticæ termini una cum terminis Latinae coniungerentur , & illius regulæ , huius vocibus explicarentur , ederetur . Postremo sciebam , & à multis intelligebam huius linguae cognitionem plurimum sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ in Occidentis partibus profuturam ; idque semper fuisse desideratum , ut ex concilio Viennensi sub Clemente V. Fel. record. manifeste deprehenditur . Ego autem , qui quidquid boni possum , huic sanctæ Sedi debeo , non modo ad huiusmodi prouinciam suscipiendam incitabar ; verum etiam impellebar , ac plane cogebar . His accedebant multorum amicorum hortationes , inter quos præcipuus erat doctus , ac multarum linguarum peritus Ioannes Baptista Raymundus , qui sicut ex eo tempore , ex quo à Serenissimo , ac liberalissimo Principe Ferdinando Etruriæ magno Duce nouorum typorum conficiendorum , ac totius suæ impressionis curam suscepit , summo labore , & industria elegantissimos Orientalium linguarum characteres excudi curauit , semperque huiusmodi linguas quantum in se fuit , promovit : ita omnia impedimenta tollere conabatur , meque ad scribendum , & imprimendum ob bonum publicum hortabatur . Huic porro operi (quod caput est) multum arridebat Illustrissimus , ac Reuerendissimus Gabriel Card. Palæotus nostri Maronitarum Collegij , ac nationis , dictaque impressionis dignissimus

simus, & optimus protector; bonarumque litterarum fautor
præstantissimus. His itaque & aliis huiusmodi adductus sum,
vt has meas qualescumque lucubrationes in lucem prodire si-
nerem. Easque in septem libellos diuidendas esse claritatis cau-
sa existimau. In primo enim de litteris, vocalibus, punctis, &
alijs, quæ ad modum legendi pertinent, agetur. In secundo
de nomine, ac pronomine. In tertio de verbo, & verbo nomi-
nis. In quarto de reliquis orationis partibus. In quinto de
Syntaxi. In sexto de contexendis carminibus. In septimo tan-
dem de interpungendæ orationis ratione. Et quidem ante-
quam horum quidquam aggrediar; operæ pretin me factu-
rum arbitror, si aliqua in genere de hac lingua differam. Pri-
mum igitur nonnihil dicam de discrimine, quod esse potest in-
ter linguam Chaldaicam & Syriacam. Deinde de ipsius anti-
quitate. Postea de eius præstantia. Postremo de eius utilita-
te. Quod si hoc opus paulo longius, ac prolixius alicui videbitur;
is consilij nostri ratione inspecta, opinionem mutabit.
Nam, cum Grammaticorum in quacumque lingua per se fa-
tis iciunæ, ac difficiles studiosis esse soleant, nisi varijs illustren-
tur exemplis; & multo magis in hac lingua, in qua latine non
dum sufficientia sunt edita dictionaria, & alij libri ad eam per-
discendam necessarij, ad quos Grammatici sæpe studiosos re-
mittere solent, conatus sum regulas huius nostræ Grammati-
cæ non cum uno, aut altero exemplo dumtaxat, sed cum plu-
ribus exemplis, plurimisque vocalibus, ac vocibus edere: vt
cum quis ipsius regulas, ac documenta perdiscit; perdiscet
etiam magna ex parte linguam. Hæc habui necesse te admo-
nere humanissime, & optime lector. Reliquum est, vt a te etiam
atque etiam petam, vt si quid boni in hoc opusculo reperias, id
totum Deo, à quo bona omnia dimanant, & ad cuius laudem
præcipue illud edidi, referas, illique soli gratias agas. Si vero
offendas aliquid, quod obscure, inornate, & nimis breuiter sit
explicatum; vel quod minus laude sit dignum; id mihi vni re-
tribuas, & humaniter condones: illud tamen quocumque sit,
sacrosanctæ Ecclesiæ Apostolicæ iudicio à me submissum, ac
subiectum habeas.

Vale.

ERRATA.

Primus numerus pag. qui sequitur lineam monstrat. Vbi inuenitur littera.a. ib.
lud quod sequitur addendum: delendum vero, ubi inuenitur d.
significatur. Si quæ alia præter hic notata menda occur-
rerint, typographos benignus lector excusabit,
et pro sua doctrina corriget.

Pagina 9. versiculo 6. dele, enim. pag.ead.u.27.a.3. pa.10.v.

13.a.3. p.12.v.22.lege, octoginta.pag.14.v.12.1 || ~~L~~^o~~o~~^o, p.ead.
vers.19. lege 1000.2000. pag.23.v.2.d.pertinentia. p.37.u.27.
l.tertio. p.46.v.vlt.l.dmauhauthoch. p.52.v.11.l.cum 7.p.59.
v.15.l. ~~م~~^ا. p.67.v.12.l.secundi.p.71.v.5.l. ~~م~~^ا~~م~~^ا. p.ead.v.6.
1. ~~م~~^ا~~م~~^ا. p.89.v.8.1. ~~م~~^ا~~م~~^ا. p.91.v.1.1. ~~م~~^ا^م^ا. p.92.v.13.1. ~~م~~^ا~~م~~^ا, L.
p.117.v.2.l.hinnibilis, & hinniens.p.ead.v.3.l.hinniendum. pag.
140.v.9.l.caseus. p.147.v.6.d. ~~م~~^ا~~م~~^ا ~~م~~^ا~~م~~^ا. pag.152.vers.5.
post vocem, e quatuor.a.vel quinque. p.153.v.18.exemplum
~~م~~^ا~~م~~^ا, pone inter exempla sequentis regulæ. pag.167.v.18.1.
~~م~~^ا~~م~~^ا ~~م~~^ا~~م~~^ا | L. p.180.v.2.1. ~~م~~^ا^م^ا | pag.ead.v.23.1. ~~م~~^ا.
p.199.v.5.1. ~~م~~^ا~~م~~^ا. p.229.v.15.1. ~~م~~^ا^م^ا ~~م~~^ا. pag.263.vers.15.1.
~~م~~^ا^م^ا. p.294.v.3.1. ~~م~~^ا^م^ا. p.296.v.2.1. ~~م~~^ا^م^ا ~~م~~^ا. p.302.v.vlt.
lege ~~م~~^ا~~م~~^ا. p.304.v.1.1. ~~م~~^ا. p.308.v.2.l.harum.p.319.v.18.
1. ~~م~~^ا~~م~~^ا. p.323.v.10.l.sanabuntur illi. p.346.v.vlt. l.effundi-
mini. p.360.v.22.l. ~~م~~^ا~~م~~^ا. p.365.v.4.l.facere frui. p.366.v.16.
l.respondeat. pag.376.v.15.a.vel ~~م~~^ا~~م~~^ا. pag.377.v.11.leg.
ædificatæ

ædificatæ, vel ædificarunt eum, & cæt. pag. 382. vers. 16. lege
ædificatæ. pag. 386. vers. 14. lege ædificatæ. pag. 397. v.
6. lege ædificatæ. pag. 407. v. 14. lege cum quadam. pag. 413.
vers. 12. lege Malachia. pag. 416. v. 20. lege a refecit. pag. 424.
vers. vlt. l. venustas. pag. 452. vers. 22. lege L. pag. 462. v. 25.
lege ædificatæ. pag. 475. vers. 7. lege interpungendæ,

Corrigere errata in numeris.

Post paginam 72 habetur 75 lege 73.

Post 75 habetur 74 lege 76


Post 76 habetur 79 lege 77

Post 79 habetur 78 lege 80

Post 198 habetur 191 lege 199

Post 220 habetur 222 lege 221

Post 310 habetur 310 lege 311.



1000. hi ginto

1000. 1000. 1000.

PRAELVDIA AVCTORIS
IN GRAMMATICAM
De linguae Chaldaicæ, seu Syriacæ no-
minibus, ac discrimine.



VIBAM ex Syris Grammaticis scriptis mandarunt, lingua hanc, de qua sermo est, maxime omnium linguarum in multis varijsque locis; atque in amplissimis, remotissimisque regionibus propagatam esse: ac proinde tantam varietatem, tantamque confusionem perpetuam esse; ut vix iij, qui ipsam loquerentur, se inuicem inteligerent; interpreteque non indigerent. Quocirca factum est, ut pro varietate locorum, ac regionum: in quibus maxime florebat; ac nationum, apud quas possimum in usu erat, varia sibi nomina sortita sit. Primum enim dicta fuit Chaldaica, a Chaldaea, in qua priscis illis temporibus cum omnium linguarum confusio, ac diuisio facta est, Principatum habuit. Eandem ob causam appellata fuit Babylonica, à Babylone, eiusdem Chaldaæ ciuitate nobilissima, omniumque ciuitatum Orbis terræ prima. Deinde nuncupata fuit ab Aram, seu Syria, Aramaea, seu Syriaca, vel Syria: nec non Assyriaca ab Assyria: quia his in locis maxime floruit. Similiter etiam à nationibus, & hominibus satis illustribus, qui ea usi sunt, alias sibi adsciuit nomina. Aliquando enim dicta fuit Hebraica, non quod ipsa fuerit illa Mosaica lingua, qua vetus Hebreus datum est testamentum: sed quod ea aliquando populus Hebreus tanquam vernacula, ut dicemus, usus sit. Similiter nunc iure optimo ab aliquibus nominatur Christiana; quia Christus noster liberator, verus Deus, & verus homo suo sanctissimo ore decorauit, ut infra etiam dicemus; & ita proportione quadam de alijs, quæ obtinet, nominibus ratiocinandum est. Nam vero cum hæc lingua tot, & tam varia habeat nomina; dubitatio est, an una, & eadem sit, licet varia habeat nomina; an vero pro varietate nominum, ac distinctione, varia sit, ac distincta, ita ut Chaldaica sit lingua distincta à Syriaca, & hæc ab illa. Ut igitur hæc res explicetur; & quid mihi videatur dicendum, exponatur; Aduertendum est, sermonem posse esse, vel de distinctione essentiali (ut cum Philosophis loquar, vel de accidentalib). Si de essentiali, falsissimum esse mihi videtur linguam Chaldaicam distingui à Syriaca, & hanc ab illa. Nam cum characteribus, litterarum pronunciatione, sono vocalium, verborum coniugationibus, affixis, distinctionibus, & tota fere structura orationis; paucis admodum notatis, utraque conueniat; erroris reuera excusari non potest; qui utramque essentialiter ab inuicem discrepare asserat.

uerat. Accedit etiam, quod hoc, quod afferimus, clare ex sacris litteris colligitur. Hebrei enim postquam Babylone fuere translati; ibi iu^su Nabuchodonosor Regis Chaldaeorum, quidam ex eoru^m pueris electi sunt; quae admodum refert Daniel c. 1. ut docerentur litteras, & linguam Chaldaeorum, ipsi regi videlicet naturalem, ac patriam; at, ut idem propheta refert cap. 2. Chaldae responderunt regi Syriace; ea videlicet lingua, quam sciebat Rex; Rex autem sciebat Chaldaicam ut ex cap. 1. colligitur: ergo cum dicitur Chaldaei responderunt regi Syriace; per Syriace, significatur Chaldaice; ergo Syriace, & Chaldaice idem sunt, idemque significant; ac preinde eadem erit lingua Syriaca, & Chaldaica. Idem patet de lingua Syriaca, & Assiriaca. nam 4. Regum 18. & Isa. 36. habetur, quod Eliacim filius Helciæ præpositus domus, & Sobna & Iohae rogauerunt Rabsacem à Rege Assyriorum missum, secum Iudaice loquentem, ut non Iudaice audiente populo, sed Syriace loqueretur; precamur, inquit, ut loquaris nobis seruis tuis Syriace: siquidem intelligimus hanc linguam, & non loquaris nobis Iudaice audiente populo, qui est super murum. Isa. autem loco notato, habetur loco Syriace, Syra lingua. Quo loco Eliacim, & eius socii ut considerant, patet, admonuerunt Rabsacem legatum regis Assyriorum, & Assyriace, seu quod idem est, Assiriaca lingua sua patria loqueretur. Vnde quia Assyriace, & Assiriaca lingua idem est cum Syriace, & Syra lingua, Eliacim, eiusque socii hæc vocabula Syriace, seu Syra lingua pro Assiriace, seu Assiriaca lingua sumperunt. Confirmatur etiam ex prophetis Scriptoribus, qui in eo fere omnes conueniunt, ut nomina Chaldaeorum, Syrorum, & Assyrorum confusa esse credant. Nam Cic. 1. de diuin. in principio fere libri hæc habet verba. Principio Assyrii, ut ab antiquis auctoritatibus repetam; propter planitatem, magnitudinemque regionum, quas incolebant, cum cælum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur, træctiones, motusque stellarum obseruarunt: quibus notatis, quid cuique significaretur memoria prodiderunt. Qua in natione Chaldaei non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati diurna obseruatione syderum, scientia putantur effecisse, ut prædicti posset, quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset. Ex quo loco constat Assyrios, & Chaldaeos eiusdem esse nationis, ac gentis. Herodotus etiam Syros à Græcis dictos, Assyrios à barbaris dici scribit; & illis Chaldaeos adnumerat. Vnde etiam Plin. lib. 3. c. 12. Syria totius Assyriam partem facit. Acron vero, & Porphyrio Grammatici apud Horatium eam, quæ nunc Syria dicitur, olim Assyriam dictam addita syllaba scribunt. Idem sentit lib. 23. Ammianus Marcellinus; tandem omnes fere Scriptores, ut dictum est in eo conuenire videntur, ut prædicta nomina confusa esse arbitrentur. Quare mirum esse non debet, si lingua Chaldaica, Syriaca, & Assiriaca una, eademque sit; quandoquidem, & nomina, quæ ei indita sunt, pro eodem usurpantur. Neque vero cum nos de lingua Chaldaica loquimur, intelligimus propriam linguam illam, quæ Paraphrasis, quæ dicitur Chaldaica, scripta est; Nam præterquamquod apud nos ea non est in usu, illa integre, & incorrupte Chaldaica non videtur esse; siquidem plurimas habet dictiones, quæ Chaldaicæ non sunt; & cum fere semper characteribus Hebraicis sit conscripta; Hebraicisque punctis, ac vocalibus Hebræorum more affecta sit, multum saltem, quoad modum legendi Hebraismum redoleat, ut cuilibet naturali Chaldaeo eam legenti manifeste patebit. Eam tamen exceptis plurimis vocibus, quæ vel Chaldaicæ non sunt; vel apud Chaldaeos non reperiuntur in usu; si legatur cum punctis, ac vocalibus more Chaldaeorum; vel proprijs Chal-

Chaldaicis elementis conscribatur, reieclis omnino punctis, & vocalibus Hebraicis, additisque Chaldaicis; facile quilibet linguae Chaldaicæ, sive Syriacæ peritus intelliget, ac declarabit. Hanc igitur linguam vere, ac proprie, cum de lingua Chaldaica à nobis sit sermo; non intelligimus: intelligimus autem illam, quæ suum habet principatum in Oriente; in quo suam quoque habuit originem; semperque floruit, atque nunc floret; & quam hac nostra Grammatica Deo adiuuante docere conamur.

Si porro sit sermo de distinctione, quam Philosophi appellant accidentalem: negari non potest, quin aliqua sit inter linguam Chaldaicam, & Syriacam distinctione, quæ in his præcipue videtur consistere. Primo lingua Chaldaica priscis illis temporibus, & modo apud remotiorum partium Orientis habitatores sua nomina perfecta singularis numeri habent desinentia in aleph, cum γ, supra penultimam; at vero Syriaca, quæ est Chaldaica reformata, loco γ, supra penultimam collocat, & ut in hoc sanctissimo constat nomine , qui secundum linguam Chaldaicam habet supra penultimam γ, legiturque mscibba; secundum vero Syriacam habet ρ, & legitur mscibbo, id est vinculus, seu Christus. Neque vero solum supra prædictam nominum penultimam sit illa vocalium commutatio, sed etiam supra multas alias eorum litteras; nam quantum in ψi fuit, & est γ, in lingua Chaldaica; tamen est in ψi ρ, in lingua Syriaca; Chaldei enim verbi gratia dicunt . Adam cum duplice γ, Syri vero  Odom, cum duplice ρ. & sic in multis alijs. Secundo Chaldei in legendis duplicant illam vocis litteram, quam præcedit alia affecta γ, ut  alaha, Deus,  scemaija, cælum,  qaddisca sanctus, iu quibus litteræ , & , ita leguntur, ac si ibi sint duplices. Contra vero Syri prædicta nomina legunt illi non duplicantes. Tertio distantium Orientis partium habitatores litteras quarundam dictiōnum afficiunt γ; quas Syri afficiunt, ut patet in litteris, a quibus hæc nomina incipiunt,  ssahla, vel ssabla, vel ssabla, binnitus  abalha, vel ebaltho, grex camelorū &c. Contra vero hi γ, illi  bhuanono, piger, vel  bhuenana. Item quasdam illi afficiunt  breui, hi  breui, ut  ssfraia, vel ssfroio  scelialta, vel scelialto, catena.  Temar, uel timar, dicet &c. Contra uero quas dā illi  breui, hi autē  breui, ut  Kisar, vel Refar, Cæsar.  Gabrijl, vel Gabriel,  isroijl, vel isroiel. Quasdam illi afficiunt γ;


bi vero quiescentes relinquunt, ut **وَادِي أَثْبَكِي**, vel **وَادِي أَثْبَكِي**, te-
stamentum, **وَبِي**, ab illis aperitur, ab his quiescens relinquitur. Quarto **وَبِي**
est **وَ** ante **وَ** verbi gratia **وَال** meminit, recordatus est, a Syris, vt dicemus
non pronuntiatur, sed in **وَ** commutatur, atque vt illud legitur, at vero ab illis pro-
nuntiatur, & legitur sicut **وَ** fecit. Tandem quædam a magis Orientalibus
funt asperæ, a minus vero Orientalibus, seu Syris molles, vt **وَادِي** scibioio,
vel sceuioio, septimus &c. Sunt & aliæ satis leues differentiæ; quorum cognitio licet
vt quis more Chaldaeorum, ac Syrorum legat utilis sit, ac necessaria, vt tamen ipso-
rum libros intelligat, cum nullum plane facessat negotium maximi facienda non est.
Et iccirco, cum hæc it. sint, nos præcipue hanc Grammaticam de lingua illa, quæ pro-
prie dicitur Syriaca, seu quod idem est, de Chaldaica reformata instituimus, cuius
habita cognitione alterius quoque habetur cognitio. Vnde constat linguam Chal-
daicam, ac Syriacam eandem esse essentialiter, differre tamen accidentaliter; & qui-
nam habet, ac intelligit, necessario quibusdam satis leuibus differentijs notatis, al-
teram habere, atque intelligere. Ex dictis manifeste colligitur, quam falsum sit id,
quod nonnulli docent, linguam nempe Syriacam esse prolem quendam linguæ Chal-
daicæ, & Hebraicæ, quia videlicet, cum Hebræi Babylonem abducti essent, cœperunt
ibi obliuisci linguam Hebraicam, & addiscere Chaldaicam; quam quidem quia non
perfecte pronuntiare poterant, semperque aliquid ex Hebraicæ retinebant, factum
est, vt lingua quædam tertia nasceretur mixta ex Hebraica, & Chaldaica. Nam
præter quam quod hoc falsum esse constat ex sacris litteris; quæ aperte indicant lin-
guam Syriacam fuisse, antequam Hebræi Babylonem profecti essent; infra ostendam
tantum abesse, vt lingua Syriaca ab Hebraica, vt potius hæc ab illa ortum habeat.
Deinde vero simile nullo pacto videtur esse, vt ex imperitia, malaque Hebraeorum
pronuntiatione, tam nobilis, atque elegans lingua orta sit: Adde; quod neque ve-
rum est, Hebraeos non potuisse perfecte linguam Chaldaicam pronuntiare; immo si
illa gens erat, quæ perfecte illam pronuntiare poterat, erat illa Hebraeorum; cum
enim tot habeant litteras Hebræi, quot Chaldaei, & fere easdem, eandemque illarum
pronuntiationem, nescio, cur perfecte prædictam linguam Hebræi pronuntiare non
potuerint? Præsertim cum tanto temporis interuallo inter Chaldaeos habitauerint;
& tam longe eorum usi sint consuetudine.



DE LINGVAE CHALDAICAE, sive Syriacæ antiquitate.

SANE non minus ardua, ac laboriosa, quam incunda, & curiosa de linguarum antiquitate, ac principatu semper visa est disceptatio. Quæ quidem etsi multum doctrinæ, & eruditionis postulet, eam tamen mihi Grammaticam linguae Chaldaicæ, sive Syriacæ scribenti, ut nobis constet, quinam inter linguas ei debeatur locus, quoquo modo exagitandam proposui. Ut igitur rem ipsam statim aggrediar ponendum est primo, linguae Chaldaicæ, & Hebraicæ ex communi sere omnium sententiæ ceteras linguas cedere antiquitatem: & questionem, qua indagatur, quenam lingua reliquarum omnium teneat principatum, de lingua Chaldaica, sive Syriaca, & Hebraica esse tantum intelligendam. Nam cum huius controversiae solutio ex sacris litteris præcipue colligatur, in quibus de his duabus gentibus, tanquam omnium antiquissimis frequens sermo habeatur; merito de earum duntaxat linguis ab auctoribus institui solet quæstio. Quare nullo modo sunt audiendi q̄, qui ut suū forte ostentent ingeniuū, quæstionē ad nescio quas alias linguas extendere co[n]tantur. Hi enim sicut à veritate omnino aberrant, ita confutatione non indigent.

Ponendum est secundo ante Turris Babel extructionem eandem omnium hominum fuisse linguam; eundemque sermonem, post eam vero linguarum sermonisque ortum esse diuersitatem, ut manifeste habetur in Gen. 11. ubi cum terra esset labij vniuersitas, & sermonum eorundem dicuntur filij Adam profecti de Oriente inuenisse campum in terra Senaar, & habitasse in eo; & sui celebrandi nominis cupidi, antequam in vniuersas terrarum orbis partes diuiderentur, conspirasse ut sibi ciuitatem, ac turrim extruerent, cuius culmen cœlum prope contingeret. Quorum quidem auaciam, & grauem arrogantiā nō ferens Deus, ita eorum linguam confudit, perturbauitque, ut quid alter alteri diceret, plane non intelligeret. Quocirca locus ille

Chaldaice dictus est  , ideo confusio, vel lingue hæstatio, seu titubatio; quod ibi vniuersæ terre lingua confusa sit, hæstauerit atque omnino titubauerit. Conrirarium tamen omnino (ut refert Sixtus Senensis lib. 5. Bibliothecæ sanctæ annot. 87. & alij), sentit Philastrius Brixiensis Episcopus, qui nostram sententiam, non ut minus probabilem; sed ut hereticam in catalogo heres. c. 106. reprobavit; afferuer anter credendum esse afferens etiam ante edificationem Babel multis seculis plures fuisse sermonum, ac linguarum varietates, quarum scientiam omnes homines ex Dei dono usque ad Turris constructionem, & linguarum confusionem habuerunt. Quod autem loco citato dicatur terra fuisse labij vnius, & sermonum eorundem, ideo dictum putat, quia etsi plura essent genera linguarum, omnes tamen se in unum intelligebant, eratque omnibus lingua vna, & sermo idem, non secundum eundem vocabulorum usum; sed secundum eandem sensuum intelligentiam.

Et suam opinionem confirmat Philastrius ex Gen. c. 10. in quo antequam Moses Turris edificationem in c. 11. eiusdem Gen. describere inciperet, ait à filijs Iaphet diuisas

uisas esse insulas gentium in regionibus suis secundum linguam suam, & familias suas in nationibus suis. Hanc Philastrij opinionem Alphonsus de Castro lib. 9. contra hæretes verbo lingua proponit, & tanquam hæreticam cōfutat: Quia Moses apertissime docet ante Babel extirptionem unicam tantum fuisse linguam, dum inquit: Erat autem terra labij unus, & sermonum eorundem. Et dum post pauca addit: Ibi (id est in edificatione Babel) cōfusum est labium universæ terræ. hoc est tunc primo diuinum, & varium, multiplexque esse cœpit, quod ante indiuinum, unum, simplexque fuerat. Evidem Philastrium hac in re deceptum esse negare non auderem: siquidem sacra Scriptura apertissimis verbis loco notato docet unam fuisse omnium linguam ante extirptionem Babel. Et patet etiam ex ipsis verbis Dei paulo post in eodem cap. subiunctis: ubi loquens de filijs Adam fabricantibus Babel, inquit: Ecce unus est populus; & unum est labium omnibus: Et inferius, subdit: Venite igitur descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ut nō audiat unusquisque vocē proximi sui. Ergo illud unum labium; quod prius idem erat omnibus, postea fuit diversum, ac confusum. Accedit, quod ita Sancti Patres, & graues auctores exponunt loca predicta scripturæ. Præsertim S. Chrysost. Homil. 30. in Gen. exponens illa verba: Et erat omnis terra labium unum, & vox una omnibus; nō de terra loquens inquit, sed de hominum genere, ut nos doceat unam linguam omni hominum fuisse naturæ. Idem sentit S. Aug. lib. 16. de ciuitate Dei c. 11. & alibi. Illa autem verbi cap. 10. iam à Philastrio citata, sunt dicta per anticipationem. Est enim, iuxta Tichonij regulā, ut bene notat Syxtus Senensis loco allato, diuinæ scripturæ mos aliqua per anticipationem narrare, ut scilicet antequam facta fuerint quodammodo, & perfunctorie narrentur; ut postea suo ordine res queque gesta latius describatur. Et idem docet S. Augustinus lib. 16. de ciuit. Dei c. 4. sic scribens: Cum ergo in suis linguis istæ gentes fuisse referantur, reddit tamen ad illud tempus narrator; quando una lingua omnium fuit: & inde iam exponit, quid acciderit, ut linguarum diuersitas nascreatur. Et erat, inquit, omnis terra labium unum, & vox una omnibus &c.

Ponendum est tertio, inter omnes fere constare linguam Chaldaicam nō esse eamdem cum lingua Hebraica. Quare à multis hac in re non immeritor refellitur Philo Iudeus, qui arbitratur linguam Hebræorum ipsum esse Chaldaicam; quod Abraham de Chaldais fuerit. Nisi velit, ut quidam satis docti existimant, significare linguam Hebraicam esse a Chaldais profectam, sicut Abram, a quo duxit originem; de Chaldais fuit. Similiter etiam refellitur Oleaster in cap. 10. Gen. ubi inquit. Cum textus dicat totam terram fuisse unius linguae; equidem facile crediderim eam fuisse Chaldaicam, vel Hebraicam. Has enim linguas unam, & eandem fuisse a principio puto, cum sint admodū vicinae. nisi etiā hic auctor, ut Philo, exponatur. Quod autem iste duæ linguae non sint eadem, sed distinctæ, manifestum est ex Danielis 1. ubi dicitur Nabuchodonosor Rex Babylonis præcepisse, ut pueri de filiis Israel de cori forma, & eruditæ omnis sapientia eligerentur, ac litteras, & linguam Chaldaeorum docerentur: inter quos fuit ipse Daniel; quod profecto nō fecisset Rex, si lingua Chaldaica esset eadem cum Hebraica. Et patet ex Deut. 28. Ier. 5. & Baruc. 4. & alibi, ubi ut infra loca ipsa proponemus dicit Deus se adiuturum gentem (scilicet Chaldeorū) super Hebræos, cuius linguam non intelligent, intelligerent autem illam, si eadem esset cum Hebraica; quamquam magnam inter illas esse affinitatem negandum non sit; & qui scit unam breui tempore, & non magno labore, si attendat, ediscere alia.

Ponen-

Ponendum est quarto, inter autores esse controvrsiam, a quonam lingua denominata sit Hebreæ, & populus Hebreus. Quidam enim dicunt, linguam Hebream, & populum Hebreum sive denominatos ab Abraham, ut refert S. Thom. in 2. epi. ad Corinth. c. 11. lect. 5. Exponens illa verba: Hebrei sunt, & ego; quia ante eum non facile inuenitur illud nomen. Huius opinionis fuit S. Augustinus. in quaest. ex utroq. mixtum; & sive eam probat, & contraria argumenta dissoluit. Non nulli alij afferunt esse dictos ab Heber, ut idem S. August. in lib. 16. de ciuitate Deit. 11. & in lib. 2. retract. c. 16. ubi quamvis putet credibile gentem Hebreorum capisci ab Abraham, ut Hebrei, veluti Abraei, dicti esse videantur: verius tamen ait esse dictos ab Heber. Idem sentit S. Thom. loco citato, & ad Philippenses cap. 3. lect. 1. & alij multi.

Alij vero affirmant esse nuncupatos Hebreos non ab his duobus nominibus Abraham videlicet, vel Heber: sed ab illo celebri transitu Abraham; cum scilicet de patria sua Chaldaea iussu Dei egrediens, & in terram Chananæam veniens flumen Euphratem pertransuerit, ut constat ex Gen. 12. & Iosue 28. ubi Deus cum filiis Israel sic loquitur: Trans fluum habitauerunt patres vestri, ab initio Thare pater Abraham & Nachor seruierantque diis alienis. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamie finibus: & adduxi eum in terram Chananæam &c. Ita ut Hebrei, id est, transeuntes dicantur, sicut iij, qui trans mare habitant, transmarini dici

solent. Illo, rum autem nomen deriuatur, vel a voce Syriaca حبر, vel ab Hebraica כָּבֵד, quæ tam in lingua Syriaca, quam Hebraicâ transitum, vel trans, significat. Huius opinionis est S. Theod. & Franciscus Georg. locis infra citandis. & alij multi, qui per Hebreum intelligunt transeuntem. Et testatur etiam Rabbi Selenus Gen. 24. in hac verba, Abraham vocatur Hebreus, quia uenerit ultra flumen, & non propterea, quod ab Heber descenderit, ut alij dicunt.

Mibi autem (ut verum fatear) hæc tertia opinio ceteris uidetur esse probabilior. Et probatur primo ex confutatione aliarum opinionum. Prima enim, quæ affirmat dictos esse ab Abraham, non uidetur posse esse uera. Nam præterquam quod nomen (Hebreus) non conuenit quoad pronuntiationem, cum principio, & fine nominis Abraham: in lingua Chaldea, Hebreæ, & Arabica initio habet litteram gutturalē ע. in Chaldaea enim dicitur לִבְנֵי עֲכֹר, in Hebreæ, عَبْرَانِي in Arabicæ.

quam quidem litteram non habet in principio Abraham, sed habet ע. Deinde quia Abraham etiam dicitur Hebreus, nemo autem cognomen habet à proprio nomine.

Nec secunda opinio, si recte res perpendatur, satis probabilis videbitur. Primo quia Abraham ab Heber septima generatione est natus; & tamen nullus ante Abraham ex ijs, qui de tribu Heber sunt, dictus est Hebreus: imo nec ipse Abraham legitur nominari Hebreus, nisi postquam uenerit ultra flumen. Si ergo ante Abraham nullus est appellatus Hebreus; & Abraham ipse non est appellatus Hebreus, nisi postquam flumen transuerit, satis probabiliter colligitur non esse appellatos Hebreos ab Heber; sed ex eo quod Abraham transflumen uenerit. Accedit quod post huiusmodi transitum caperunt filij Abraham appellari Hebrei, ut constat ex Gen. 39. 40. & 41. Secundo probatur ex congruentijs, quas afferit S. August. in quaest. Ex utroque mixtum. ad probandum Hebreos dici ab Abraham; nam si huic opinioni applicen-

plicantur mirum in modum eam cōfirmant. Abraham enim cum relicta patria , et parentibus, iussu Dei, trajecto Euphrate in terram Chananæam venit, satis multiplicatus est, inquit Augustinus omnibus copijs refertus , Rex, & Propheta appellatus, & pater multorum gentium; qui cum trecentis decem , & octo viris vernaculis suis quinque reges confoderit. Vnde quia hæc omnia propter eius fidem, ac obedientiam eius transitum in Chananæam cōsequuta sunt, ipse, & ijs, qui ex eius semine erant, testimonij, ac memorie causa Hebrei nuncupati sunt. Ordinis ergo & meriti eius fuit Abraham, vt caput fieret ijs, qui ex eo traducem habent. Dei enim iudicio princeps, & origo postius est in terra Chanaan , vt ex eo geniti alterius essent, & professionis, & conuersationis, quam fuerat ipse priusquam descendaret in terram Chanaan. Innovatus enim ipse & a falsorum Deorum cultoribus transiens nouum cōstitueret populum in vero Dei cultu, ac deuotione . Hinc est, vnde Apostolus Paulus Hebreum se ex Hebreis fatetur; hoc enim dignitatis videbatur esse cognomen. Testimonium enim, & nobilitas generis erat, vt ex tam obedienti , ac celebri Abraham a falsa Chaldaeorum patrum suorum religione, & regione ad veram transitu cognominarentur. Abiiciatur, si nō conuenit rationi: spernatur, si dispar est: conuellatur, si alienum est a meritis Abraham: & nos refellamur quasi adulatores eius. Quæ est hæc inimicitia aduersus Abraham? quæ æmulatio , qua ei obtrectant inimici? & quid est, quod placeat in Heber, vt primatum istum habere dicatur? cuius, si cōuersatio posset inquiri, inueniretur sorte idola coluisse: sicut Thare, & Nachor & pater Nachor, quos cōstat nō longe ab eo fuisse , sicut testatur Iosue 24. qui idola coluerunt. Hæc sere S. Augustinus, quibus ideo ad probandum Hebreos a nomine Abraham dici, *esus* est; vt tantum honorem nō Heber, sed ipsi Abraham tribueret. Qui quidem honor multo optius, & cōgruentius vt S. Augustinus cōtendit, ei tribuitur, si tertiam sequamur opinionem. His ita positis de antiquitate linguarum (vt ad rem veniamus) duæ præcipue sunt sententiæ. Prima est eorum, qui existimant linguam Hebreorum esse omnium linguarum antiquissimam , ac primam. Ita Euseb. lib. 10. de præparatione Euang. c. 2. Aug. 16. de ciuit. Deic. 11. Eucher. lib. 2. in Gen. cap. 23. Ioannes Ferus in Gen. c. 11. supra illa verba: Erat autem terra labij unius; quæ autem, inquit, fuerit hæc lingua ignoratur: cōmuniter tamen putatur, quod fuerit lingua Hebreæ. Caiet. in Gen. & alij multi. Probatur autem hæc sententia primo, illa lingua censenda est inter cæteras antiquitate excellere; in qua mulieris nomen a nomine viri sumitur, vel cum eo saltē aliquam habet similitudinem ; At in nulla alia lingua vir, & mulier habent hanc nominis similitudinem, præterquam in lingua Hebreæ, in qua mulier dicitur Ηγενη a nomine viri Ηγενης, vt ex Gen. 2. patet; ergo hæc inter cæteras antiquitate excellit. Secundo, illa lingua videtur esse omnium antiquissimam cuius Alphabeti litteræ habent nomina significativa; sed hæc sola est lingua Hebreæ, ergo. Tertio quo lingua est simplicior, ac brevior, eo debet esse antiquior, ac prior (cum simplicita priora sint cōpositis) huiusmodi autem sola est lingua Hebraica. Ergo. Quarto, ex Caiet. qui duabus cōiecturis linguam Hebræicam primā fuisse probat; altera est, quia id nomen Domini Tetragramaton testatur; altera vero est, quia Babylonie nomen, quod iuxta Hebream linguam sortita est civitas illa, apud omnes nationes perseverasse videtur. Quinto, illa lingua omnium prima est habenda; quæ nominum veteris testamenti habet interpretationem; huiusmodi soli est lingua Hebreæ. Ergo. Sexto videmus alias linguas nonnulla verba habere

quæ

quæ magnam habent similitudinem cum lingua Hebræa; quod non eſſet, niſi ipſa eſſet prima. Septimo, illam linguam debuit Abraham habere, quam habuit primus homo, ut Moyses veniens, & creaturam, & hominem a Deo factum describens hac voce veteretur, qua Deus locutus eſt, & hominem appellauit Adam; & Adæ mulierem Euam; ut hæc vox eſſe in libro Moysi, quæ fuerit, & in ijs, quos describit, ut vere in omnibus reformatum diceret primam causam, & beneficium diuinum in Abraham; hæc autem fuit lingua Hebræa. Octauo, Historia sacra testamenti veteris eſt, quid reuelatum, ergo etiam & ipsa lingua, qua fuit reuelata; ſed illa eſt antiquissima omnium historiarum. Ergo, & lingua qua fuit reuelata, debet eſſe lingua rum omnium antiquissima. Fuit autem reuelata lingua Hebraica. Ergo.

Secunda sententia eſt aliorum, qui contrarium affirmant aſſerentes lingua Chaldaicam, ſive Syriacam eſſe omnium linguarum vetuſtissimam. Hæc sententia tribuitur a multis, ſanctissimo magno Aphrem Syro, cuius opera, in quibus sermonem hac de re facit, quoniam Romæ non habui, illam apud eum legere non potui. Habetur tamen aperte in quodam libro Arabico interrogacionum ſub nomine Basiliū, & Gregorij. In quo Basilius interrogans Gregorium ſic, inquit. Dic mihi, qua nam lingua locutus eſt Deus cum Adam, & quænam lingua fuit in principio usque ad ædificationem Turris, in qua diuīſe ſunt linguae. Basilio respondet Gregorius: lingua, qua locutus eſt, cum Adam, eſſe lingua Syram, lingua illam ſimplicem, facilem omnibus gentibus, gloriouſam, potentem in verbo, expeditam, atque liberam in ſermone. Hunc autem citauit librum, non quia apud me eſt magna auctoritatis, ſed quia ex illo intelligitur hæc sententia eſſe multorum. Imo cōmunem Orientalium. Eam autem expreſſe habet sanctissimus, ac vetuſtissimus auctor Theodoretus in quæſtio. in libr. Gen. q. 59. Iacobus Christopolitanus Episcopus ordinis Eremitarum D. Aug. in Prologis ſuper Psalmos tract. 6. ubi etiam pro hac sententia citat Albumasar Rabbì Iuda in tract. Sanhedrin; qui Adæ ſermonem Arameum, id eſt Syriacum fuiffe dixit. Idem ſaltem ſentit Plin. in 7. naturalis historie c. vlt. dicens, A Syrias litteras ſemper fuiffe; & ibidem probat; ex quo tandem concludit æternum fuiffe usum litterarum. Idem indicat Ioannes Annus Viterbiensis ordinis Prædicatorū in Com. ſupra Fragmenta M. Catonis de Originibus, qui ait Phœnices, & Chaldaeas litteras certissimas eſſe, & antiquissimas, & toti orbi admirabiles. Et Franciscus Georgius Venetus Ord. Minorum in Problematis in ſacram Scripturam tom. 1. de historijs Sacramentalibus ſect. 3. qui dicit a Chaldaea totam gentem, & lingua Hebraicam prodijſſe. Et de multigenis rebus occurrentibus ſect. 7. dicit; Chaldaam eſſe inter duo flumina ſitam, e Paradiſo voluptatis effluentia Tygrim, videlicet, & Euphratem; & hinc ſubiungit Patres Hebreos traxisse originem, ſicut ex plerisque locis Geneſeos colligi potest. Idem debet dicere August. Eugub. qui in lib. 1. de Perenni Philosophia c. 1. ait sapientiam a Chaldaeis perueniſſe ad Hebreos; ab Hebreis ad Græcos; a Græcis ad Romanos; ſiquidem Abraham Chaldaeus fuit, in cuius domo veterem Theologiam, patriasque traditiones par eſt remanifteſſe, quarum ille hæres fuerit. Et c. 3. Primi igitur omnium ſunt Chaldaei, ab his Hebrei, Aegypti, Phœnices, nouissimi Græci, poſt Romani ſunt nati. Quāuis lib. 2. c. 2. fortassis non ſatis congruenter videatur dicere lingua Hebraicam eſſe illam, qua loquitus eſt Adam; & deinde fuiffe corruptam in Chaldaicum ſermonem Arameum, & Arabicum. Idem demonſtrat Dözellinus in Epift. ſupra orationes Theronis. Idem videtur ſenſiſſe Plato; qui ut quidam re-

ferunt, nescio quo genio impulsus fateri non dubitauit primum nominum impositorem Syrum fuisse. Et ego quidem apud ipsum de planeta Veneris loquentem in Epi nomide ista legi verba. Lucifer enim, qui & vesper est, Stella & sp̄tus, id est ven̄eris esse dicitur, quod dictum Syrio nominum auctori valde cōgruum est. Hæc Plato. Idem indicant iij omnes qui affirmant primos fuisse Chaldaeos, qui in terra dominatis sunt; & a quibus sapientiam reliquis gentibus impartitam esse, vt Archil. de temp. c. 1. Methasten. in lib. de iud. temp. & alij, qui apud Clem. Alex. lib. 1. Stromatum. Et Euseb. loco citato asserunt Syros primos excoitasse, & comperisse litteras. Et sane non est, quod quidam ad distinctionem confugiant. Et per Syros intelligent Hebreos, quod habitent in Syria. Nam hac ratione lingua Hebreæ diceretur Syra, & Hebrei Syri; & sic Syra lingua & populus Syrus non haberent nomen, quo a lingua Hebreæ, & populo Hebreo distingueretur. Quod esse videtur, & contra communē modum loquendi sacra scripturæ multis in locis: que de Syris, & Hebreis loquitur tanquam de gentibus ab initio distinctis. Et contrare reliquos auctores; & communē, ac vulgarem loquendi hominum; qui simpliciter per linguam Syram, & populum Syrum linguam, & populum a lingua & populo Hebreo diuersum intelligunt. Accedit etiam, quod hoc pacto lingua Greca, Arabica, & Turcica, diceretur Syra, quia Græci, Arabes, & Turcae sunt etiam in Syria; quod tamen communis loquendi modus non probat. Hanc tandem sententiam quidam ex recentioribus acerrime defendunt; præsertim Camillus Borellus in suo quadam Catholico discursu, seu Apologia historica; qui multis probat nullo modo posse dici linguam primam fuisse Hebream sed necessario dicendum esse fuisse Chaldaicam. Ego porro hanc sententiam cum ex diuinis litteris, a quibus huius controvèrsie soluta petenda est, aperte colligatur; & rationi satis consona sit, reiçere, & non amplecti, nec audeo nec debeo. Quare mibi dicendum esse videtur, linguam Chaldaicam, sive Syriacam omnium linguarum esse antiquissimam, ac primam; qua Adam loquutus est; & a qua lingua Hebraica promanavit, ac proinde gentem Chaldaeam esse Hebreæ antiquiorem. Probatur autem primo. Illi, qui sunt ex alicuius progenie sunt eo posteriores; sed Hebrei sunt ex progenie Chaldaeorum, ergo sunt Chaldaeis posteriores. Maior patet; Romani enim, qui sunt ex progenie Romuli, sunt Romulo posteriores. Minor est sacrarū litterarum Iudith 5. ubi cum Holofernes Assyriorū militiæ princeps, & acerimus Hebreorum hostis quereret, quisnam esset populus ille, qui præ omnibus, qui hababant in Oriente, se, suosque exercitus contemneret, ac sibi obuiam non prediret. Ei Achior dux omnium filiorum Ammon respōdens ait: Si digneris audire domine mi dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto, qui in montanis habitat; & non egredietur verbum falsum ex ore meo. Populus iste (id est Hebreus) ex progenie Chaldaeorum est, hic primum in Mesopotamia habitauit. Quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldaeorum. Deserentes, itaque cæremonias patrum suorum (scilicet Chaldaeorum) que in multitudine Deorum erant; unum Deum cæli coluerunt, qui & præcepit eis, vt exirent inde, & habitarent in Charan, &c. Ex quo loco habemus, & Hebreos esse ex progenie Chaldaeorum, & Chaldaeos esse patres Hebreorum. Ac proinde aduersarijs, nisi velint conniuere, fatendum esse linguam Hebraicam habere originem a lingua Chaldaicā; sicut ipsi Hebrei, in quibus talis inhæret lingua; habent originem a Chaldaeis, in quibus similiter Chaldaica lingua inhæret. Confirmari potest ex Iustino Martyre, & Philosopho in orat.

paræ-

parænetica ad gentes , qui ibi ex Philone , & Iosepho probat Mosem ex Chaldaeorū genere prodūsse. Hi enim inquit (scilicet Philo, & Iosephus) Indeorum res scriben-tes Mosem ex Chaldais , quidem genus duxisse dicunt . Et tamen Moses fuit Hebreus ; Hebreisque vetus scriptit testamentum ; signum autem est dici Hebreum ratione generis Hebreorum , quia videlicet Hebrei omnes sunt de genere Chal-dæorum. Probatur secundo ex Ierem. 5. vbi vehementer Chaldaeorum commen-datur antiquitas ; ibi enim Deus loquens cum filiis Israel , inquit: Ecce ego adducam super vos gentem de longinquō, domus Israel, ait Dominus, gentem robustam , gentem antiquam , gentem , cuius ignorabis linguam , nec intelliges , quid loquatur. Textus autem Græcus loco gentem antiquam , habet gentem à seculo ; militer & Paraphrasis Chald. populum qui à seculo est . Hunc autem locum intelligi de gente , ac populo Chaldaeorum , qui urbem , & templum Ierosolymitanum destructurus erat ; & ipsos Hebreos Babylonem vi , & armis abducturus ; acerbissimumque longæ seruitutis iugum eorum ceruicibus impositurus , præter quamquod constans est fere omnium in-terpretum sententia ; manifeste colligitur ex 2. Paralip. 36. vbi propter nefanda Hebraeorum scelera , & iniquitates , de eis sic scribitur: Adduxit enim super eos regē Chaldaeorum , & intersecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij suis ; non est mi-sertus adolescentis , & virginis , & senis , nec decrepiti quidem : sed omnes tradidit in manibus eius , vniuersaque vasa domus Domini tam maiora , quam minora , & the-sauros templi , & regis , & principatum transtulit in Babylonē ; incenderunt hostes do-mum Dei , destruxeruntque murum Ierusalem : vniuersas turres combusserunt ; & quidquid pretiosum fuerat demoliti sunt . Si quis euaserat gladium , ductus in Baby-lonem , seruuit regi , & filiis eius , donec imperaret Rex Persarum , ut compleretur sermo Domini ex ore Ierem. &c. Idem fere indicatur Deut. 28. vbi loquens Moses , cum populo Hebreo , inquit: Adducet Dominus super te gentem de longinquō , & de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis ; cuius linguam intellige-re , non possis. Et Esa. 39. De terra longinqua venerunt ad me de Babylone , &c. Et subiungitur. Ecce dies venient , & auferentur omnia , quæ thesaurizauerunt patres tui usque ad diem hanc , in Babylonem. Et Baruch. 4. vbi Ierusalem cum filiis Israel sic loquitur: Veniat confusio Sion , & memorentur captiuitatem filiorum , & filiarum mearum , quam superduxit illis æternus. Adduxit enim super illos gentem de longin quo , gentem improbam , & alterius linguae . Posito igitur (ut iam probatum est) ser-monem locis citatis , & præsertim Ier. 5. qui magis ad rem facit , esse de Chaldais ; a-perte , apteque sequitur Deum illis epithetis ; quæ Chaldais attribuit ; significare ali-quit , quo Hebrei Chaldais sint inferiores , præsertim virium robore , generis antiqui-tate , ita ut Deus nobis indicet Chaldaeos esse Hebreis viribus robustiores , & genere antiquiores . Nam alioquin Hebrei Deo possent respondere , sumus Chaldais robore vel æquales , vel superiores ; & genere antiquiores ; & ita sequeretur Deum frustra illa Epitheta Chaldais attribuere ; quod asserere magna est temeritatis . Concluden-dum est igitur ex hoc loco quoque constare Chaldaeos esse Hebreis antiquiores ; ac prouinde linguam eorum esse linguam Hebraicam priorem . Probatur tertio , ex veteri testamento lingua Arabica edito (quod nuper opera Illustrissimi , ac Reuerendiss. Card. Carafæ Collegij , ac Nationis Maronitarū acerrimi , ac beneficentissimi prote-floris existentis , & impensis maximi optimi , & liberalissimi Pontificis Greg. XIII. quorum memoriam excipient omnes anni consequentes , in Oriente manuscriptum

est, atque Collegio Maronitarum emptum, in quo c. 10. vel 7. iuxta eius editionis divisionem in extremo hoc habentur verba.

ومن هولاي جميع الشعوب على الارض بعد الطوفان . فشققت الانسنه واختلاف لغتهم السريانية .

Idest, & ab his diuisi sunt omnes populi super terram post diluvium ; & diuisse sunt linguae : & varietas linguae eorum Syriacæ. Ex quo loco, si ista verba in reliquis textibus eiusdem editionis manuscriptis reperiuntur, cum hæc editio nō mediocris sit auctoritatis, maxime probabilis, ac vera redditur hæc opinio. Neque dicas huiusmodi textum fuisse scriptum ab aliquo Syro, sive Chaldaeo, ab eodemque ea verba fuisse addita; quia in eodem libro habet nomen Scriptoris, qui est Græcus, seu melchita lingua tamen Arabica vtes. Quarto satis rationi consentaneum esse videtur, vt lingua prima, & communis remanserit in illa communi regione, in qua, dum ædificium illud attollebatur, ipsius linguae communis facta est confusio, ac diuisio. Sed illa regio, vt omnibus constat, fuit Chaldaea; ergo prima, & communis lingua remansit in Chaldaea. Sed in Chaldaea remansit usque ad hoc tempus lingua Chaldaica. Confirmatur primo, quia si in Italia (quod Deus auertat,) confunderetur lingua, quæ est cois in ea, verbi gratia Italica; satis probabile est illa lingua, quæ post illam confusione in Italia remaneret, futuram esse eam, quæ prius erat communis, scilicet Italica. Similiter ergo dicendum est de lingua Chaldaica. Confirmatur secundo, quia proportione quædam videtur posse philosophari de rebus artificialibus, & contingentibus, vt de rebus naturalibus, sed videmus illud elementum esse omnium primum ante productionem alicuius mixti naturalis; & in ipsa productione, ac post eam prædominari, in cuius regione mixtum illud producitur; ergo similiter illa lingua debuit esse omnium prima ante ædificationem Turris, seu confusionem linguarum. & in ipsa, & post eam prædominari, in cuius regione Turris illa ædificata est, seu linguae confusæ sunt; sed in Chaldaea regione propria lingue Chaldaicæ Turris fuit ædificata; lingueque confusæ fuere; ergo lingua Chaldaica fuit prima ante Turris ædificationem; seu linguarum confusionem, & in ipsa, & post ipsam prædominata est.

Tertio lingua Hebreæ, sive denominetur Hebreæ ab Abraham, sive ab Heber; siue a עבר, id est, trans; semper idiomate Chaldaico reperietur posterior.

Primo enim si dicatur ab Abraham; cum ipse matre, patre, ac patria fuisse Chaldaeus, vt tum sancti Patres, tum etiam ipse sacræ testantur litteræ; lingua Hebreæ, tum originem, tum cognomen habuit a Chaldeis. Neque dicas Abraham habuisse duas linguis Hebraicam videlicet, & Chaldaicam, hac vñus est, cum Chaldeis, illa cum Chananeis. Nam si hoc intelligatur dum Abraham manebat in Chaldaea, profecto est ariolaris; & omnino gratis asserere; cum ex sacra Scriptura, hoc non colligatur; ex qua sola id colligi potest. Deinde qui fieri potest, vt Abraham natus, & educatus in Chaldaea patrem, matrem, ceterosque parentes, vt dictum est, habens Chaldeos sermone, & consuetudine vtes Chaldaeorum, non aliter, quam Italus in Italia haberet duas linguas nativæ? nisi forte velint Abraham habitantem in Chaldaea habuisse linguam Hebraicam potestate, quia illam habiturus erat; non autem actus; quod sane & ridiculum est; & libenter damus, sed ad rem non spectat. Si vero intelligatur Abraham habuisse duas linguis Chaldaicam videlicet, suam nativæ, & Hebraicam

Hebraicam post eius è Chaldaea transiit acquisitam; verum dicunt. Sed nō est contra nos. Secundo, si cognominetur, ac deriuetur ab Heber similiter etiam sequitur linguam Hebraicam a Chaldais descendisse. Nam cū Heber in Chaldaea natus sit, in ea habitauerit, semen suum propagauerit; & tandem in ea mortuus sit, si ab eo dicit originem, & cognomen; sine dubio a Chaldais descendit. Confirmatur primo, quia Heber prius debuit habere linguam patriæ, quam alienam; patria autem erat Chaldaea; & ipsius lingua erat Chaldaica; Ergo. Confirmatur secundo, quia vel parentes Heber habuerunt aliquam linguam, vel non secundum dici non potest; si ergo dicatur primum; cum ipsi prius in Chaldaea habitaret, ac proinde essent Chaldei; sine dubio linguam Chaldaicam prius habere, & ad Heber, eiusque prolem transfundere debuerunt. Quod autem tam Heber, quam eius maiores, ac posteri, in Chaldaea habitauerint, & Chaldei fuerint, clare colligitur ex Gen. 12. in quo Habrabe habitanti in Chaldaea dicitur: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Cū ergo habrabe terra fuerit Chaldaea, in qua cognatio, & dominus patris eius erat; ac proinde ipse fuerit Chaldeus. Cumque sacra Scriptura testante de stirpe Heber, ac suorum prodierit: manifeste sequitur etiam Abrahæ maiorum, de quorum stirpe fuit, eandem terram Chaldaæ fuisse; ipsosque fuisse Chaldeos; & Chaldaic co idiomate vsos. Vnde si ab illis profecta est lingua Hebraica, sine dubio a Chaldais profecta est. Sed respondent Heber, & suos licet in Chaldaea habitauerint: habuisse tamen linguam primam, & communem, quæ Hebræa fuit; & cum Heber tempore edificationis Turris, linguarumq. divisionis reperiiretur, in domo eius primam linguam fuisse conseruatam, ab eoque cognominatum; quia ipse solus cum hominibus illis ad exruendam illam ciuitatem, ac Turrim non conspirauit. Et quoniam ista confusio linguarum fuit pena propter culpam, ubi non fuit culpa, pena locum non habuit; ac proinde prima illa, & communis lingua remansit. Quare cum Heber sine culpa esset; in ipso domoque eius predicta lingua conseruata fuit. Confirmatur, quia sicut in diluvio deletis ceteris hominibus, genus humanum fuit conseruatum in domo Noe iustifici in confusione linguarum, ac divisione, non defuit domus Heber, ubi ea, quæ ante fuit omnium lingua remaneret. Sed contra multa in hac responsione assumuntur, & non probantur. Primo enim vnde nam habetur Heber, & suos habitasse in Chaldaea, & potius habuisse linguam Hebræam, quam patriam. Secundo (ut Philosophi loquuntur) petitur principium: linguam videlicet Hebræam, quam dicunt habuisse Heber, fuisse primam, & communem. Hoc enim in questione positum est. Tertio, vnde colligitur Heber cum illis hominibus ad illud ædificium non conspirasse: cum contrarium omnino in sacra Scriptura indicetur. Nam postquam dictum fuit Gen. 11. Cū proficerentur de Oriente, inuenierunt campū Senaar &c. Subiungitur, dixit alter ad proximum suum, venite faciamus &c. Id est, unusquisque. ut in Paraphrase Chaldaica; in qua habetur, dixerunt unusquisque ad proximum suum, &c. quæ vix est universalis affirmativa nullum excipiens; ergo unusquisque illorum hominum, inter quos erat Heber, dixit, consensumq. præbuit, ut ædificium illud erigeretur. Confirmatur ex verbis Dei postea subiectis; Ecce unus est populus, & unum est labium omnibus, &c. Venite igitur descendamus, & confundamus ibi linguam eorum (id est, predicti populi, & omnium, quibus erat unum labium, inter quos etiam sine dubio erat Heber, cui commune erat illud unum labium) ut non audiat unusquisque vocem proximi sui. Ergo unusquisque linguarum confusionis penam

passus

passus est: si quidem unusquisque non audiebat vocem proximi sui; ac praeinde sequitur unumquemque, cum communis pena affectus esset, communem culpam contraxisse: & ita manifestum est Heber quoque hanc culpam participasse. Quarto, non videtur esse vera similitudo illa inter Noe & Heber, quandoquidem ille vir erat iustus; hic vero tantum abest, ut fuerit iustus, ut praedictum commune scelus patrasse, & idola coluisse, sicut multos eius posteros ex locis sacrarum litterarum citatis; & ex alijs non difficile colligatur; quemadmodum etiam indicare videtur S. August. in quæst. ex vitroque mixtum. Accedit etiam, quod si Heber fuisset iustus; scriptura sacra de eius iustitia propter tam præclarum facinus mensionem fecisset, cum ipse solus, ut ædificium illud erigeretur, consensum non præbuerit; sicut fecit de Noe iustitia, Gen. 6. & de iustitia Iosephi ab Arimathia. Luc. 23. ubi dicitur: Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio vir bonus, & iustus. Hic non consenserat consilio, & affibus eorum, &c. Et facere solet propter præclara facinora de aliorum virorum iustitia. Quapropter concludendum est, nullam esse probabile rationem, cur potius in domo Heber, quam alterius lingua prima & communis conseruata sit, & ab eo denominata sit; & non potius Heber linguam Chaldaicam naturalem suæ patriæ scilicet Chaldaæ quam Hebraicam sortitus sit. Teruo denique si lingua nuncupetur Hebreæ ex

، id est, trans seu quod idem est ex celebri illo, ac laudabili Abrabæ transitu, iussu Dei facta est patria sua Chaldaæ, relata domo patris sui, ac cognatione sua; sequitur etiam habuisse linguam illam primam, & communem, scilicet Chaldaicam suam natuam in Chaldaæ sua patria, in qua facta fuit linguarum diuisio; & postquam ad Chananeos venerit, linguam, quæ postea ex tali transitu appellata est Hebreæ, usurpasse. Et sic ex his tribus capitibus semper habemus linguam Hebraicam, ac populum Hebreum descendisse a Chaldaeis. Quinto probatur; satis rationi consentaneum esse videtur illam linguam usurpasse primum Adam, ac primum Euam; quam secundus Adam, & secunda Eua usurpauit. Sed secundus Adam, qui est Christus dominus; & secunda Eua, quæ est Beatisima Virgo Maria, linguam Syriacam tanquam vernaculam, ut dicetur usurpauit; ergo hanc eandem primum Adam, ac primam Euam usurpasse, asserendum est. Sed queret aliquis hæc lingua Chaldaica, ante linguarum confusionem, quomodo appellabatur. Respondeo probabile esse tunc nullum habere nomen peculiare: nam nomina peculiaria imponi solent rebus, ut eas aliquo modo à ceteris distinguant. Cum igitur tunc una tantum esset lingua, lingua simpliciter appellabatur, vel labium unum, seu commune omnibus; ut ex ipsa me Genevi locis citatis licet colligere. Postea vero, quia fuerunt confusæ, ac diuisæ linguae, & tot linguae intelliguntur exitisse, quot fuerunt illi homines, scilicet septuaginta duo, iuxta communem sententiam; qui ad ædificium illud attollendum coniurauerunt; ut ab inuicem distinguerentur, suum quaque nomine, vel à loco, in quo eius virsus maxime virgebat, vel ab aliquo celebri homine progressu temporis sortita est. Denique hæc nostra sententia non parum ex solutione argumentorum contrarie sententie supra à nobis propositorum confirmabitur. Quod ut patet, ad singula respondeamus argumenta. Ad primum itaque argumentum respondeo, primum negando maiorem; potest enim una lingua esse altera antiquior; & tamen non habere nomine viri, & viroris simile. Deinde data maiori, nego minorem. Nam illud etiam fit in lingua Chaldaica, seu Syriaca. Imo omnia fere nomina viri, & mulieris in hac lingua sunt

sunt similia. Etenim a **ل** homo, seu vir, dicitur **ل** mulier, ut in Grā-
matica explicabitur, & in plurali **ل** mulieres, fit enim Euphonie causa illa lit-
terarum cōmutatio. A **ل**, seu **ل** vir, vel coniux, reperitur **ل**
ل vxor, seu coniugata; A **ل** vir, desumitur **ل** mulier, vel vt
Latini, virago. Et nomen fœminæ fere semper à maris nomine cum aliqua simili-
tudine in Syriacal lingua deducitur; quare hoc argumentū, quod maximis faciunt non-
nulli, iam constat nullius esse momenti. Ad secundum argumentum. Respondeo,
licet detur maior, negari tamen minorem; quia lingua Chaldaica etiam ha-
bet nomina litterarum sui Alphabeti significativa, vt inferius patebit; unde hinc ni-
bil habet lingua Hebreæ, quod non habeat Chaldaea. Ad tertium argumentum.
Respondeo, negando simpliciter maiorem; cum de linguis sermo sit; primum, quia sim-
plicitas, ac breuitas linguae nullam fere cum eiusdem antiquitate habet connexionē.
Nam verbi gratia lingua Latina est simplicior, ac brevior Græca; & nescio an à vi-
ris peritis concedatur esse illa prior. Et lingua Turcica est lingua Arabica, ac Latina
simplicior, & brevior; & tamen non videtur esse illis antiquior, ac prior. Deinde nec
in rebus naturalibus semper est vera. Forma enim est materia simplicior, & tamen
à Philosophis non conceditur esse illa prior. Rursus lingua dici potest brevior ceteris
linguis dupliciter; primo, quia non habet tot voces, quot sunt res appellandæ, &
aliæ habent linguae, & sic, quo lingua est ceteris brevior, eo potius illis est imperfe-
ctior, quam antiquior. Secundo, quia non habet tot Phrases, ac variis dicendi for-
mulas ad unum, eundemq. sensum exprimendum; nec variis voces unius, eidemque
rei explicandæ impositas. Et sic quo lingua est brevior, eo ceteris se esse ieiuniorem,
magisq. inopem indicat, non autem magis antiquam, & reuera est lingua Hebraica,
quæ si vetus testamentum excipiatis; paucos admodum habet libros, qui sint puris
vocabulis Hebraicis scripti, & non pleni vocabulis Chaldaicis, seu Syriacis. Sed quid-
quid sit de maiori. Negatur etiam minor, quia lingua Chaldaica, seu Syriaca, est ma-
gis, vel æque simplex, ac Hebraica, & consideranti viramque patet: est etiam bre-
vis, & concisa, si cum Arabica, & Græca, lingua comparetur; non tamen ita, quin ha-
beat multas, variasque elegantissimas Phrases, variisq. dicendi modos ad unum,
eundemq. sensum exprimendum; & varias, multasq. voces ad unam ren declarā-
dam; prout multos, variosq. eloquentissimos Scriptores temporis progressu habuerit;
Quod non tam antiquitati ipsius obest, quam linguam antiquam à varijs eloquentissi-
mis auctoribus locupletatam, amplificatamq. esse demonstrat. Ad quartum ex dua
bus coniecluris Caius compactum. Respondeo primo priorem coniecluram nihil con-
cludere, quia etiam tam nomen Dei, quam Domini apud Syros est Tetragrammaton;
nam **ل** aloho Deus, & **ل** morio Dominus sunt quatuor litterarum, &
patet. Et quidem per litteras nominis **ل** **م** **ر** **و** morio, aliquid mysteriosum designa-
ri Syri docent **م**, enim designat **ل** **م** **ر** **و** morutho, dominationem. ; risc.
rabu-

¶ **L**et; **r**abutho, maiestate, seu magnitudinem. ¶ aleph, & iud **L**et;
itbutho, essentiam, substantiam, seu eternitatem. Vnde huiusmodi nomen non attri-
buitur fere nisi Deo. Alijs enim dominis attribuitur nomen **לְהָ** moro, Dominus;
quod latius patet, & tam Deo, quam hominibus conuenit. Rursus in lingua Greca, &
Latina est etiam nomen Dei Tetragramaton, & tamen non tenent principatum re-
liquarum. Secundo, dico neque posteriorem conjecturam esse veram: quia illud
nomen **וְהָ** vere non est Hebraicum, sed Chaldaicum, seu Syriacum, con-
tractum a nomine **חַלְבָּ** bœblo, idest, confusio, linguae titubatio, hesitatio, seu
balbuties, ut supra indicauimus. Ad quintum respondeo, primo negando maiorem;
am eum tam scriptor, quam populus, cui vetus testamentum scriberet, esset He-
breus, mirum non est, si vocibus Hebraicis in eo scribendo vsus fu; præsertim, si vo-
cibus Chaldaicis vsus esset, populus ille non intelligeret. Secundo fac maiorem esse
veram negatur minor. Nomina enim veteris testamenti duplices sunt generis, que-
dam sunt satis antiqua, ut Adam, Eua, Cain, Abel, Noe, Abram, &c. Et haec ut opti-
me notat S. Theod. loco citato, propria sunt nomina lingua Syriaca; optimamq. ha-
bent in lingua Syriaca interpretationem; Adam enim significat terram rubram; He-
ua dicitur Syriace **أَهْوَ** hauo, deriuaturque a nomine **لَهُبَّ** haiutho, idest,
vita. Cain, idest, possessio, seu possessor, a vocibus **لَهِنْوَ** Keniono, possessio, seu
لَهِلْ possessor. Abel si deriuatur, contrahaturq. ab **חַלְבָּ** cum **וְ**, significat
luctum: si a nomine **חַلְבָּ** cum **וְ** deducatur, ut vere deducitur, & Syriace
dicitur **חַلְבָּ** bobel. significat, vanitatem. Noe Syriace **نُهْبَ** nubb, con-
tractum a **نُهْبَ** nauhbo, idest, requies: Abram Syriace **أَبْرَمْ** Abrom, con-
tractum ab **أَبْ** abo, pater, & **رَمْ** romo, excelsus, ita ut significet patrem
excelsum, cuiusmodi fuit Abraham. Et sic in cæteris. Quod si interdum quorundam
ex his nobis non satis nota sit interpretatio, id oritur, tum quia multa vocabula lin-
gue Chaldaicae interierunt; tum quia lingua Chaldaica non omnino eodem modo
nunc se habet, quo ab initio, ut consideranti constat. Quare si nobis est ignota illorum
nominum significatio, antiquis profecto Chaldaeis non fuit ignota; & licet quorundam
eorum interpretatio videatur aliqua ratione apud Hebreos mansisse; id tamen
est, si cocedatur, quia ea lingua scripta sunt, & cōseruata in veteri testamento, ut
sacra recte intelligeretur historia. Quædam vero in predicto testamento haben-
tur nomina, quæ non sunt valde antiqua, & post linguarum cōfusionem facta, ea es-
se Chaldaicanō laboramus, cum præcipue illud a Mose Hebreo, Hebraicis nominis
populo Hebreo, ut dictum est, scriptum fuerit. Ad sextum, respondeo primo
linguas

linguas illas habere sua verba magis similia lingua Chaldaicæ, quam Hebraicæ. Secundo, dico ideo habere similitudinem cum lingua Hebreæ, quia hæc proficiuntur a Chaldaea; & ab hac reliqua lingua quodam inter se seruato ordine. Ad septimum respondeo, esto Abram eam linguam debuisse habere, quam habuit primus homo, tantum tamen abest, ut nobis obfit, ut etiam quam maxime faueat. Abram enim habuit linguam Chaldaicam suam nativam, ut constat ex dictis, ergo & primus homo habuit linguam Chaldaicam. Cætera vero, quæ in arguento adduntur, non erant necessaria. Moses enim scriptus lingua Hebraica non ob alias causam, nisi quia ipse erat Hebreus, ipsiq. cum Hebreis sermo habendus erat: & multis vocibus Chaldaicis, quæ propter earum antiquitatem omnibus erant note; vñs est ut Adæ, Heua, &c. Accedit etiam, quod simili arguento posset quis probare totum testamētum nouum esse scriptum lingua Syriaca, qua Christus loquebatur, Euangeliūque turbis tradebat, ut Apostoli iisdem sacratissimis suis verbis vñentes vere in omnibus reformatam docerent eius doctrinam, ac beneficium diuinum in genus humanū; quod tamen non conceditur. Satis enim est, ut reformatio in ipsis rebus, sive in hac, vel illa lingua declaratis, & scriptis reperiatur. Ad octauum respondeo primo, nihil prorsus probare. Et sane satis admirari non possum eos, qui tale proponunt argu mentum: nam hac ratione videtur posse probari linguam Græcam esse reuelatam. Sic Apocalypsis est, quid reuelatum, ergo & lingua, qua fuit reuelatum; fuit autem reuelatum lingua Græca. Ergo. Et tamen sole clarus est linguam Græcam non fuisse reuelatam; eiusque auctor omnibus notus est, ut videre est apud Iust. Marty. & Philosophum in Oratione Parenetica ad gentes, qui refert litterarum professores, & magistros docere Cadmum primū attulisse litteras ex Phœnicio Græcis. Et Clem. Alex. in lib. 1. Stromatum; obi Cadmus autem, inquit, erat Phœnix, qui fuit Græcarum litterarum inuentor, ut ait Euphorus. Vnde etiam scribit Herodotus litteras appellatas Phœnicias. Et apud Euseb. de prepar. Euang. lib. 10. c. 2. qui primus inquit, quid litterarum elementa Græcis tradidit, Cadmus fuit ex Phœnicia. Et idem docent multi alij Doctores. Ergo ridiculum est dicere linguam, qua aliquid fuit reuelatum, esse reuelatam. Secundo, dico in testamento esse duo, veritatem ipsam historiæ, & linguam; quare reuelata est veritas; veritatem fatemur esse reuelatam; non tamen linguam. Tertio fac linguam Hebraicam fuisse reuelatam una cum historia veteris testamēti. Hinc tamen non colligitur illam esse priorem; imo vero non solum Chaldaicæ, sed & veteris etiam linguis posteriorem. Quandoquidem hæc, ut argumentum vult, non fuit in ipsis primis hominibus, nec ante, nec statim post diluvium, cù edificabatur Turris; sed tempore Mosis, a quo fuit scriptus Pentateuchus, fuit ipsa reuelata. Vnde licet verum sit historiam Geneseos omnium historiarum esse antiquissimam; hinc tamen, non sequitur linguam, qua talis historia scripta fuit, linguarum omnium, quæ multo antequam Moses historiam illam scripsit, priores fuere, esse vetustissimam.

Sancti porro Patres tantum abest, ut bac de re exacte disputare, & aliquid tanquam certum affirmare voluerint: ut de illa contendere superiacancum esse existimarent. ut ex S. Theodoreto loco citato manifestissime constat. Illi autem, qui prima opinione citari solent; ipsi ferre eam non tam ut suam, quam ut vulgi tradiderunt. Vulgus enim considerans sacram Scripturam Pentateuchi esse lingua Hebraicæ scriptam, Patriarchas, aliosq. S. Patres fuisse Hebreos, cum illisque Deum esse locutum, & alias similia, rem subtilius inuestigare non curans linguam Hebraicam

fuisse primam credit, quo credendi verbos S. Aug. qui hac de re prolixius egisse videtur frequenter loco allato videntur.

Deinde nostra opinio est etiam Sanctorum Patrum, & multorum grauissimorum Auctorum, quare in hoc non est contraria opinione multo inferior. Deniq; in hoc nō tam scriptorum, quā ipsius sacre Scripturæ, ex qua sola huius questionis solutio colligi potest, spectanda est auctoritas. Scriptura autem, vt ex dictis constat, magis secundæ opinioni fauere videtur.

DE LINGVÆ CHALDAICÆ, sive Syriacæ dignitate, ac præstantia.



V A M Q V A M magnam nobis de linguae huius dignitate, ac præstantia dicendi segetem, ac materiam, tum elegantia, venuſtasque sermonis, tum etiam locorum, regionumque in quibus ipsa floruit, magnitudo, amplitudoque suppeditat: tamen cum quelibet lingua ex duobus potissimum capitibus ex antiquitate videlicet, hominumque, qui ea vīsunt, nobilitate multo dignior redi solet, ac præstantior, de his duobus, ceteris omisis sermo est habendus. Et quidem quod lingue hæc ex antiquitate sit dignissima, ac præstantissima, iam satis superque antea ostendimus. Restat ergo duntaxat, vt hic breuiter quidnam dignitatis, ac præstantiae ex hominibus, qui ea vīsunt, sortita sit, ostendamus. Et quamvis id etiam ingens, ac studiosus lector ex ijs, que de eius antiquitate diximus, facile colligere posset, siquidem ibi primos totius generis humani nobilissimos parentes eandem linguā, tum videlicet in Paradiſo voluptatis, tum etiam extra illum vīspasse, ac proinde ipsam reliquarum omnium linguarum obtinuisse principatum probatum est: tamen vt eius adhuc dignitas pateat illuſtrior, videntur est etiam, an postquam humānum genus maxime creuerit, ac longe, lateque per varias terræ partes dispersum sit, prædicta lingua apud primos, atque nobilissimos illius temporis, reges, principes, cæterosque ipsorum subditos in pristina dignitate conseruaretur, atque in communi ac familiari colloquio vīsparetur. Quod quidē ita esse oēs, tū sacræ, tū profanæ quoq; testantur historiæ, quæ in eo omnes conuenire videntur, vt primum, & maximum regnum, quod in terra esse cæperit, Chaldaeorum fuisse doceant. Vnde Daniel, vt reliquos fileam c. 2. Regem Chaldaeorum, Regem regum appellauit: & per aureum illius statuæ ipsi Chaldaeorum regi per somnium vīse caput, eundem regem, eiusque regnum, tanquam omnium primum nobilissimum, & amplissimum significauit, atque interpretatus est. Quare cum Chaldei non solum antiquitate, sed dignitate, ac regnorum principatu maxime omnium excelluerint, sine dubio linguam illam, qua ipsi, & tot, ac tanti corum reges loquebantur, & qua in addiscendis scientijs, ac discipulis

plinis, in historijs, cæterisque omnibus, ad bonum illorum amplissimorum regnorum regimen pertinentibus, scribendis votebantur, maxime omnium linguarum dignitate, ac nobilitate, excelluisse assertere rationi satis est consentaneum. Sed de hoc nemo historiarum peritus dubitat: potest tamen alicui esse dubium, an Christus Dominus quoque, Beata virgo, Apostoli, reliquaque Christianæ religionis è Iudeorum progenie primi sectatores, ac defensores, illam usurpauerint. Ut igitur nodus hic dissolatur, indagandum est: quanam lingua Hebrei, captiuitate liberati, & Babylone in Iudeam redeentes, voterentur. Hoc enim indagato, atque patescere facile id, de quo est dubium, indagabitur, atque patescet. In primis autem unum tanquam fixum, ratumque ponendum est, Hebreos propter multa eorum nefanda scelera, cultumque alienorum Deorum (vero Deo permittente) tanta mala esse percessos, ut illorum quamplurimi à Chaldaeis sint gladio interfici; & iij, licet paucissimi, qui gladium euaserant, Babylonem ad Chaldaeorum regi, filijsq. eius deseruendum sint abstracti, iuxta prophetiam Ier. 25. ut fuse etiam dicitur in 2. Par. 36. à nobis supra citato, & habetur in Esdra varijs in locis. In hac autem seruitute fuerunt Babylonie septuaginta annis, ut constat ex Ier. 29. Daniel 9.2. Par. loco citato. Hoc autem posito, Communis est doctissimorum virorum opinio, Hebreos post illius Babylonici iugi, ac seruitutis relaxationem in terram sanctam redeentes, ibique habitantes linguam Syriacam seu Chaldaicam tanquam vernacularam habuisse in vsu, relicta Hebreæ, quæ fere omnes ob longam illam cum Chaldaeis consuetudinem, obliuione contriverant: ac proinde Christum Dominum, Beatam Virginem, Apostolos, reliquosque sanctissimos illius temporis viros eandem tanquam communem omnibus usurpare. Huius opinionis est Ioan. Alber. Vuidmanstadius Iuriscon. Senator reg. in dedicat. ad Diu. Ferd. Roman. Impe. de textu novo Syriaco. qui Christum Iesum una cum virginali matris lacte susisse sermonem Syru affirmat, & multis probat. Et apud eū. Andreas Masius. & Gerard. Veldonicus Belgæ. Bened. Aria Montan. in admon. ad Christ. lectorem. de Syriacis noui testamenti libris. Guido Fab. Boderianus. in nouum testamentum Syriacum. Belarm. in 1. tomo controver. lib. 2. c. 4. Ioannes Gagninus. in Euang. supra c. 27. Matth. qui Christus, inquit, tanquam vulgaris homo inter vulgares homines vulgari lingua hoc est, Chaldaica, vel Syriaca, locutus, qua communiter vulgo loquebantur Iudei a regressu è Babylonica captiuitate; qua lingua in cruce hanc querelam expreſſit: Eli, Eli lamazabatani, quemadmodum habent vetusta etiam latina exemplaria. Hæc ille idem etiam affirmat.

Cornelius Iansen. Episc. Ganduensis. in concord. Euang. p. 1. supra illa verba, talitha cumi. Hinc, inquit, & ex alijs plerisq. locis Evangeliorum, dominum plebæis hominibus locutum fuisse, nō pure Hebraice, sed Syra lingua, quam tum in Iudea vernacularam fuisse certissimum est. Et idem habet p. 2. c. 39. p. 4. c. 143. supra illas voces Boanerges, & Sabactani. Et multi alijs, quorum quidam hanc lingua appellanti Christianam, quod ea Christus fuerit v̄sus. Eiusdem opinionis (si meam, licet interponere) sum & ego. Sed ut illa omnibus confllet, sic explico, ac probo. Cum Ierusalem, ut supradictum est, esset à Chaldaeis destructa, & Hebrei, si non omnes, multo tamen maiore ex parte gladio essent interfici, & qui gladium euaserant, serui, ac captivi Babylonem abstracti essent: sine ulla dubitatione cogebantur loqui lingua Chaldaica, ac proinde paulatim, propriæ obliuisci: quippe qui captiui, ancillæque Chaldaeorum erant: experientia autem constat captives, ancillasque solitos esse edi-

scere, & loqui lingua dominorum, suæque fere obliuisci lingue, præserim quādo
multo tempore sub seruili iugo detinētur. Cuiusmodi accidit Hebræis: qui miserabi-
liter septuaginta annis Babylone captivi detenti sunt; quo temporis interuallo par est
credere seniores fere omnes, qui destruxerat Ierusalem, gladium euaserant, captiuique
Babylonem abducti erant, e vita ibi desciuisse, & iuniores cum fere omnes ibi inter
Chaldaeos nati, atque educati essent, linguam Hebraicam, vel ignorasse, vel certe in
eius obliuionem venisse, & linguam Chaldaicam dominorum, quæ ibi vulgaris, &
communis erat, didicisse, ac vt maternam, & vernacularam sibi retinuisse. Neque ve-
ro id difficile fuit. Siquidem Chaldaei, & Hebrei litterarum pronuntiatione, pluri-
marum vocum significatione, & alijs multis non parum inter se conueniunt; & quod
caput est, ita Hebrei inter Chaldaeos fuerunt dispersi, & commixti, vt multi cum eo-
rum mulieribus, referente Esdra, connubia traxerint, filiosque procreauerint. Hoc
profecto non eßet, nisi lingua communis, scilicet Chaldaica inter se veterentur: quæ se-
ne dubio lingua pueri etiam iam natu loqui docebantur, & sic paulatim Iudeis
ob tam continuam, ac familiarē cum Chaldaeis consuetudinem, lingua Hebraica
vulgaris, ac materna esse desit; Chaldaica vero in eius locum successit. Quo factum
est, vt cum Iudei seruitute illa liberati in suam redierunt regionem; linguam He-
braicam amplius non intelligerent, vt constat ex Esdræ lib. 2. c. 8. vbi, cum legere-
tur liber legis domini vniuerso populo; Nehemias, & Esdras Sacerdos, & Scriba, &
Leuitæ dicuntur iphi populo interpretari verba legis, quia videlicet, populus He-
breus linguae Hebraicæ oblitus verba suæ legis non intelligebat; ideoque flebat: at
vero explicatis verbis legis, & intellectis, vt ibidem habetur, fecit lætitiam magnā.
Et subditur. Et in die secundo congregati sunt principes familiarum vniuersi populi,
Sacerdotes, & Leuitæ ad Esdram Scribam, vt interpretaretur eis verba legis. Ex
quo loco etiam colligi potest, non solum populum, sed ipsos etiam Sacerdotes, ac Le-
uitas linguae Hebraicæ fuisse oblios, & eius verba non intellexisse, quæ, vt intelli-
gerent, Esdram interpretem adiisse. Et sane si Esdras verba linguae Hebraicæ popu-
lo ignota interpretabatur, aliqua lingua populo nota interpretari debebat; ignotum
enim per ignotum explicari, intelligique non potest. Lingua autem nota populo He-
breo non potuit esse alia, vt consideranti patet, nisi Chaldaica; quam seruili Chal-
daeorum iugo subiectus didicit. Et demum hanc linguam Syriacam tunc fuisse com-
munem in Ierusalem, & maxime in vnu, satis indicat Esdras lib. 1. c. 4. vbi epistola
inquit, accusationis scripta erat Syriace, & legebatur sermone Syro. At dicit quis,
Danielem cum suis socijs fuisse traditum preposito Eunuchorum discendi gratia litteras,
& linguam Chaldaeorum, vt apud eundem cap. 1. legitur, non ergo suam in ca-
ptiuitate linguam Hebrei deseruerunt, imo Chaldaicam, vt ex hoc loco colligitur,
nesciebant. Sed Hebreos linguae Hebraicæ fuisse oblitos iure negari non potest;
siquidem id ex Esdra perspicuum est. Daniel vero, & eius socij, cum iam pueri de Iu-
dea Babyloniam essent translati, & breuissimo temporis spatio ibi permanissent, sta-
tim linguam Chaldaicam discere non potuerunt; illis tamen cognitam diuturnior,
cum Chaldaeis consuetudo erat redditura. Vel dicendum est Danielem, eiusque so-
cios licet quoquo modo imperito, ac rudi plebeiam Chaldaeorum linguam, sicut alij He-
brei, ediscere coepissent: peculiari tamen regis iussu doctos fuisse litteras, & Sermones
Chaldaeorum, non quidem plebeium, & corruptum, sed elegantem, & ornatum, qua-
lem habere solent, qui in litteras incumbunt, vt in ipsis regis conspectu star-
possent.

possent. Quocirca deinde ipse Daniel linguae Chaldaicae eruditus suam prophetiam magna ex parte lingua Chaldaica scriptam reliquit. Sicut etiam Esdras, & multi alij, qui post captivitatis relaxationem scripsérunt. Quare concludendum est, Hebreis post acquistam libertatem, iugique Babylonici relaxationem, linguam Chaldaicam, seu Syriacam, in Hebraicæ locum, vulgarem, ac maternam succéssisse. Ex quo sequitur Christum dominum, cum natus esset eo tempore, quo Hebrei lingua Chaldaica, seu Syriaca tanquam vernacula loquebantur, ex Beatisima Virgine Maria, quæ predicta lingua similiter utebatur, eandem linguam maternam habuisse, eamque ore suo sanctissimo consecrassæ, ac decorassæ; ac proinde quotiescumque, cum suis sanctissimis discipulis, vel cum turba, ac plebe tractabat, hac lingua illis vernacula vsum esse. Quod manifestissime etiam patet ex verbis Christi, & Apostolorum, que Chaldaica, seu Syriaca sunt, & hucusque in novo testamento, non solum Syriaco, sed etiam Græco, ac Latino reperiuntur. Nam Matth. 5. habetur illa vox

τόσος, raca, de cuius significatione auctores, qui linguam Syriacam non didicerunt, valde laborant. Quidam enim, vt notat S. Thom. de Græco trahere voluerunt eius interpretationem putantes pannosum dici racha, vt S. Aug. quoniam Græce dicitur pannus **τάνας**. Alij arbitrantur non esse vocem significantem aliquid, sed interiectionem indignantis animi motum exprimentem. S. Hier. ait, esse verbum Hebreum, significareque inanem, seu vacuum. S. Chrisost. licet Homil. 11. in cap. 5. Matth. idem doceat: Homil. tamen 16. ait esse vocem Syrorum, & significare es tu, quia ij ait, quia lingua vtuntur Syrorū, racha, pro eo, quod est, es tu, contemptu quodā, atque impatientia dicere solent. Sed Sanctissimus Chrisost. optime, sicut alij multi auctores, afferuit esse vocem Syrorum; sed quod dicit eam illis significare (es tu) nescio a

quonā acceperit. Syrorū enim lingua (tu es) dicitur **οσιάντου**, vt in Grammatica dicetur. Itaque hæc vox non videtur esse, nec Græca, nec Hebræa: sed necessario videtur esse Syriaca; & Syriace tria significare potest. Primo enim

τόσος, id est idem, quod **τάνας**, id est, testudo, quod quidem animal, ita ab Orientali-

ibus, & præsertim à Syris deforme habetur, vt maxime illud nauseent, atque abhorreant. Vnde credibile est tempore Christi, fortassis fuisse in usu, vt quando quis alium in illis partibus iniuria afficiebat, prædicti animalis nomine, scilicet raca, similitudine quadam, vel ob tarditatem, vel deformitatem, vel ob aliquam aliam imperfectionem, quam nauseabat, & exosus erat, appellaret. Quo modo nunc etiam, cum quis alterum contumelia lacerat, illi alicuius vilis, abiectique animalis nomen tribuere solet dicendo canem, porcum, asinum, bestiam, &c. Et Italice dici solet, pare tartaruga. Fortassis, vt Christus Dominus huiusmodi iniuriosos, & cötumeliosos diceret modos reprobaret, dixit, qui autem dixerit fratri suo raca, reus erit consilio. Secundo.

τόσος, raca, posset quis singulari quodam modo trahere a verbo Syro

τόσος rac, id est conspuit, ita vt significet conspuentem, seu consputum; tam enim alicuius, quam passiuem sumptum, cum alicui tribuitur, in malam apud Syros partem accipiturs

cipiunt; quod fit ut sepe alter alterum vocet conspiciens, seu conspiciens volens illi aliquam incurrere iniuriam. Vel dici potest esse idem, quod **λοσ** rauco, id est sputum, & alter alteri hanc vocem forte dicebat, ut significaret se in star sputi illum astigmarie; qui loquendi modus frequens est apud Syros. Ut enim quis a se nihil alium fieri ostendat, illi dicere solet; tu es in star sputi apud me. Tertio tandem **λοσ**, rauco, apud Syros significat contemptum, despactum, vilem, & abiectum; a quo etiam deriuatur nomen **λασ**; racutbo contemptum, despiciens, vilitatem, abiectionemque significans. Et in hac significatione arbitror sum vocem raca, in Euangelio; ita ut, qui dixerit fratri suo raca, id est, contemptum, despactum, vilem, abiectum, soridum, & tandem (ut dicitur) hominem nullo numero (hac enim omnia significat hanc vox apud Syros) reus sit consilio. Christus itaque dominus voluit illa voce biusmodi verba contumeliosa, quae homines in proximos suos iacere solent, improbare. Et Matth. 6. habetur vox **λασ** momuno, Graece μαμων, similiter etiam Latine, Mammona, id est, diuitiae, est vocabulum Syriacum, ut optime notat Sanctus Chrysostomus. Homilia 16. in cap. 6. Matth. & S. Hier. aliq. omnes. Et 16.
λασ; Baricuno, Βαριωνα Bariona, id est, filius columbae; Bar enim ut bene notat Iansen. in concord. p. 3. c. 66. & aliq. significat Chaldaice filium; & iauno, eadem lingua designat columbam. Et 27. **κορβαν** carbono Graece dicunt κορβαν Latin Corbanam, id est, oblatio; est vox Syriaca, & licet quidquid a Sacerdote Deo; vel a populo Sacerdoti offertur, illa voce comprehendendi possit; tamen nunc vel pro sacra hostia, vel pro placentis quibusdam ex pane consecratis, quae Sacerdotibus in Oriente offeruntur; vel demum pro pane illo benedicto, qui in Ecclesia apud Orientales populo frangi, ac diuidi in more positum est, accipi solet. In Euangelio autem duos videtur posse habere sensus, **κορβαν** id est, in Corbona; prior est; Non licet eos mittere in Corbona, id est, in locum in quo oblatio poni solet, ita ut contentum pro continente sumatur. Posterior est, non licet eos mittere, seu ut textus habet Syriacus, abiucere in Corbona, id est, inter oblationem, seu inter ea, quae templo offeruntur; nam illa præpositio **Δα** apud Syros, significare potest, (in) prout aliquid esse in loco significat, & (inter) ut suo loco dicetur, & veterq. sensus videtur esse verus. Mibi tamen posterior magis placet, licet prior videatur esse communior. Item **Δα** goghulto, est vox Chaldaica, seu Syriaca, ut notat S. Hier. de interpret. nom. Hebr. Iansen. in concord. p. 4. cap. 143. Boder. loco supra notato, & aliq. significat cranium, sine calvariam. Iansenio autem videatur mendose legi in Græcis, ac Latinis codicibus Golgotha per simplex L, cum legendum potius sit per duplex L, sic Golgotha, nam sic calvariam, inquit, Chaldaica vocat lingua. Sed reuera, quod legatur per simplex L, nullum est mendum; mendum tamen esset si per duplex L, legeretur. Nam hæc vox apud Chaldaeos, sine Syros per simplex

simplex L, scribitur. Si tamen aliquod est mendum, est in illa litterarum loci permutatione; nam sic iuxta Chaldaicam, siue Syriacam veritatem, scribendum esset γεράτη; Gogola. Sed huiusmodi mendum nibili plane est faciendum, cum voces peregrinæ, aliarum linguarum elementis scriptæ, sere semper aliquam patiantur varietatem. Rursus sententiam illam, quam Christus Dominus in Cruce pendens protulit, scilicet, ut Græci habent Ἀλητὴν αὐτοὺς θάρατον. Et Latini, Eli, Eli Lamabatani, quidam contendunt esse Syriacā. Sed reuera tota non est Syriaca, sed ut optime notat S. Epiph. h. 69. partim Hebraice, partim Syriace a Christo Domino fuit prolata. Syriace autem illa sententia sic scribitur ﴿אַלְהֹ אַלְהֹ﴾ il il lmono scuacton, idest, Deus meus, Deus meus, quare reliquisti me. Et sic in textu Syriaco reperitur. Illæ primæ voces, scilicet, Il Il, no sunt Syriacæ, sed Hebraicæ. Nam syri dicerent ﴿אַלְהֹ אַלְהֹ﴾ Aloh Aloh, Deus meus, Deus meus; cæteræ vero sunt omnino Syriacæ. Nā, scuact, significat reliquisti, affixum, ni, significat me; licet Syriace illud affixum quiescat. Vnde illi, qui ibi, ubi Christus erat crucifixus erat, quoniā sciebant linguā Syriacam, tanquam vernaculam, & ignorabant Hebraicam; verba Syriaca intellexerunt, non autem Hebraica; quo sit, ut per nomen Eli, Eli, nomen Eliæ, quod lingua Syriaca dicitur ﴿אֵלֹ﴾ Elio, propter quandam affinitatem intellexerint, putantes Christum vocasse Eliam. Ex quo constat Græcorum, Latinorumque codices in huius dictionis descriptione non esse mendosos, quia habent Sabatani, & non Azabtani, ut quidam putauere. Nam ut bene notat Lansen. in concord. p. 4. cap. 143. illud vocabulum prædicti codices habent iuxta linguam Chaldaicam, & non iuxta Hebraicam; & magis credendum esse, ait Christum Dominum, cum lingua Chaldaica esset illi vulgaris, dixisse Sabatani, iuxta Chaldaicam, quam Azabtani, iuxta Hebraicam. Addit præterea depravate legi in plerisque libris Lamazabatani, cum legendum sit Lamabatani, quemadmodum se incorruptam dictionem Chaldaicam reperiisse in vetustis exemplaribus Latinis simul, & Græcis testatur modernus quidam. Et Marci 3. habetur ﴿תְּלִמְזָ﴾ bnai rghesc, cognomen filiorum Zebedæi, quod Græci, ut potuerunt sic scripsérunt Coarzæs, & similiter Latini Boanerges; hoc autem cognomen esse Syriacum docet Lansen. in concord. p. 2. cap. 39. & Boder. loco notato. ﴿תְּלִמְזָ﴾ enim lingua Syriaca significat filios: & ﴿רְגַּהֲסָ﴾ rghesc, quod videtur esse cōtractum a nomine ﴿תְּלִמְזָ﴾, quod duo videtur significare, primo sensum, secundo fremitum, tumultum, ac strepitum, sicut verbum ﴿רְגַּהֲסָ﴾ rghesc, & significat, sentire, & fremere ac perstrepere; nisi quis velit illud nomen deducere a nomine ﴿תְּלִמְזָ﴾ quod

quod proprie strepitum, tumultumque significat. Declarantur autem illa nomina
filij tonitruj, quia tonitruum fit cum magno strepitu, ac tumultu, ita ut omnes illud
sentiant. Et ita nomen illius, quod comitur tonitruum, ad ipsum tonitruum signifi-
candum impositum est. & cap. 5. **Ἄντελος** | **Ἄντελος** titlio cum, Græce δαλίσα κούμι.

& Latine, Talitha cumi; idest, puella surge, quod dictum esse Syriacum omnes fe-
re linguarum periti fatentur; quo fit ut cum omnino sit Syriacum, illa verba, quæ
habentur in textu Græco, ac Latino (quod est interpretatum, puella tibi dico surge)
in textu Syriaco non reperiatur. Fortassis ipse Euangelista Marcus, qui suum Euan-
gelium in patrium Sermonem Syriacum putatur translatisse; cum illa verba essent
Syriaca, noluit iterum alijs verbis Syriacis interpretari; quia erant ordinariae linguae
Syriacæ. Ex quo loco aperte probatur, quod querimus, scilicet Christum Dominum
habuisse in usu linguam Syriacam. & cap. 7. illud verbum **Ἄντελος**
ethphathbh, Græce, ἄντελος, Latine, Ephphetha. Id est, ad operire, est etiam Syriacū;
Vnde etiam illa verba, quæ in alijs textibus habentur, (quod est adoperire) non
sunt translatæ in lingua Syriaca; sed solum ipsum verbum tantum ponitur sineulla
explicatione; quia est ordinarium, ac proprium verbum Syrorum apud eos aperi-
re significans. Et 14. **Ἄβω**, ἀββα, abba, idest, pater, est etiā Syriacū. Et Ioā.

1. nomen **Ἄριφος** | **Ἄριφος** Riphō, Græce, ἄριφας, Latine, Cephas, quod Simoni imponitur,
ut optime etiam notat Beda. homil. 1. temp. Hiem. & Iansen. in concord. p. 1. c. 17.
& alijs fere omnes, est Syriacum, significatque petram, seu lapidem. Vnde illa verba
(quod interpretatur Petrus) in textu Syriaco non reperiuntur, quia illud nomen
proprie Syris significat, petram, seu lapidem. Item nomen **Ἄρνητος** mscibho
Græce, ἄρνητος, & Latine, quoque, Messias, idest, vincitus, est Syriacum deriuatum a
verbo **Ἄρνητος** quod vngere significat. Ut etiam notat Iansen. ibidem. Et
ideo illa verba (quod est interpretatum Christus) in textu Syriaco non sunt posita.

Et Ioan. 5. **Βέθβεσδος** | **Βέθβεσδος** Bethbhesdho, Græce εβησεδδα, Latine Bethsada, seu ut
alijs volunt, Bethesda. Id est, domus misericordiae, est nomen Syriacum conflatum ex
duabus vocibus, ex Beth, id est, domus; & bhesdho, id est, misericordia. Et nomen
Ἄργυρος peshho, Græce, μίσχα, & Latine, pascha, quod apud omnes Euangelistas
reperitur, est omnino Syriacum & proprie significat letitiam, que videlicet vultu,
verbis, ac motibus ostenditur, & hinc est, ut quia in festo die potissimum huinsmodi le-
titia ostendi solet, pro die festo accipiatur. Et Actoriū 5. **Σκιάπιρα** | **Σκιάπιρα** Sciapira, Græce
σκιάπιρα, Latine Saphira, id est, pulchra, est etiā nomen Syriacū. Et Act. 9. **Δανιήλ**
tituli-

ttuitho Græce ταβίθη. Et Latine tabitha, id est, caprea, seu dama, est vox Syriaca: quos fit, ut illa verba (quæ interpretata dicitur Dorcas) explicandi causa in textu Syriaco non sunt addita. Et 1. ad Cor. c. vlt. **τόντο** moran etho, Græce παρθενάδα, Latine similiter Maran atha. Id est, Dominus noster venit est Syriacum, ut etiam optime notant S. Athan. S. Ambros. & Magister sentent. in illum locum, & alij. Ex quibus locis, & ex alijs plurimis doctissimus quisque fateri cogitur Christum Dominum, Beatam Virginem, Apostolos, & demum omnes Hebreos habuisse linguam vernaculam, ac maternam Syriacam. Quod etiam manifestissime præter ea, quæ diximus, confirmat id, quod dicitur in 1. cap. Act. Ibi enim habentur hæc duo nomina **τόντο**, **χαλδαιος** Hacal dmo, Græce ἀκενδυμα, & Latine similiter

Haceldema; id est ager sanguinis. Et dicuntur hæc nomina esse imposita illi possessioni seu agro, lingua habitantium Ierusalem; seu ut habet textus Syriacus, lingua regionis. at certū est illa nomina esse Syriaca, ut optime notat Iansen. concor. 4. p.c. 140. Guido Fabritius loco supra notato. Et Belar. tom. 1. lib. 2. c. 15. & alij fere omnes præsertim, qui aliquam cognitionem habent linguae Syriace, seu Chaldaicæ, ac Hebraicæ. Igitur lingua habitantium Ierusalem, ac proinde universæ illius regionis, inter quos Christus Dominus, eius Sanctissima Mater, eius Apostoli; reliquaque eius sancta progenies erat, lingua Syriaca fuit. Sed obijciet quis Act. c. 21. dicitur S. Paulus allocutus esse plebem Iudeorum lingua Hebreæ; & idem habetur cap. 22. Imo Euangelistæ multas voces, quæ dictæ sunt esse Syriacæ, seu Chaldaicæ; dixerunt esse Hebraicas, ut illud Ioan. 19. ubi habentur illa verba (exiuit in eum, qui dicitur caluarie locum, Hebraice golgotha) non ergo bene probatum est ex vocibus prædictis ex eo, quod sint verba Christi, & Apostolorum, & sint Syriacæ, Christi, & Apostolos lingua Syriaca esse loquitos; quandoquidem ipsimet Euangelistæ dicunt ea esse dicta Hebraice; Quare ex locis allatis probatur Christum, & Apostolos lingua potius Hebraica, tanquam vernacula, ac materna esse loquitos, quam Syriaca. Respondeo in prædictis locis non sumi linguam Hebream pro lingua illa Mosaica, sed pro lingua, qua eo tempore Hebrei tanquam vulgari, ac patria utabantur; ut optime notat Iansen. concord. p. 4. c. 143. Belarm. tom. 1. lib. 2. c. 4. VVid. mäst. locis citatis. Accedit etiam, quod S. Hier. in lib. de nom. Heb. multas voces, inter quas est prædicta vox Golgotha, affirmat esse Syriacas, seu Chaldaicas, cum tamē ab Euangelistis Hebraicæ esse dicantur. Necesse est igitur Apostolos cum locis notatis, & alijs similibus de lingua Hebreæ mentionem faciunt, linguam illam, qua tanquam materna, ac vernacula Chaldaica, videlicet seu Syriaca. Hebrei tunc utabantur, intellexisse, pro certo habere. Ex dictis manifester patet, sacrosanctum Matthei Euangeliū, & Epistolā Pauli ad Hebreos lingua Syriaca, & alijs suiscripta, ut optime, ac doctissime probat Ioan. Alber. VVid. Guido Fabritius Boder. & Belarm. locis citatis. & alij multi. Nam, ut ait, Nicephorus cum S. Matth. anno ab Ascensione Christi 15. ad gentes iturus, Euangeliū, tum S. Paulus ad Heb. Epistolam sermone patrio scripsit; constat autem ex dictis sermonem eorum patrum, seu maternum, ac vulgarem suiscripta Chaldaicum, seu Syriacum. Tunc enim Mosaica lingua Iudeorum patria, ac materna non fuit, sed tanquam ea, qua vetus erat scriptum

testimentum, a doctis tantum intelligebatur, & in templo, ac scholis usurpabatur: Vnde Iudei, qui Christum in templo docentem audiebant obstupefacti dixerunt: quo modo hic litteras scit cum non didicerit. Deinde, ut optime ratiocinatur VVid. eorum erat ex omnibus Euangelistis unum aliquem doctrinam Christi, tum ex orientem, ex lingua perscribere, quæ non solum a Pontificum, Scriborum, Phariseorumque collegijs, inimice, hostiliterque insectantibus. Verum & ab infima multitudo- ne, seu turba, ipsique discipulis ex Idiotarum numero delectis intelligeretur. Post h.ec, indiligerenter illiberaliterque cum uniuersa Ecclesia egisse Apostoli videri possent, nisi celestem Christi doctrinam, ac legem, eodem sermone, eodem verborum pondere, eademque sententiârū grauitate, quantam ex diuino ipsius ore ab attentis auditoribus excipi par erat, prestatari nobis alicubi procurassent: atque h.ec ipsa indiligentia Græcæ quoque, Latinæque lingue conditionem meliorem reddidisset, quam eius, in qua salutis nostræ mysteria enuntiata fuerunt. Quin & vero dissimile non est Matthæum Publicanorum ordinis hominem sermonis istius Mosaici nescium fuisse: alioquin enim quomodo & vulgi, & Iudaici, & principum eius gentis opinio de Apostolici gregis ignorantia, & inscitia constitisset, quam seruator ipse dissimulato illiterati hominis probro sibi obiecto confirmauit. Denique prouidentia diuinæ consentaneum esse arbitratur VV id manst. ut Melchisedechi Sacerdotio una cum lege placabili, decretis, hostijsque Mosaicis succedente, ac Hebraeorum lingua vetere, paucis quibusdam voculis exceptis, una cum victimis illis, & accusatoria lege, quæ late nostra religio patet, ab aris, & sacrificijs nostris explosa, nouus sermo disciplinæ cœlestis enuntiatione imbutus substitueretur, unde Christiana lex in Orbis terræ linguas præciuas, tanquā ex fonte dimanaret. h.ec ille. Neq. vero his ut bene notat Belar. & alijs repugnant veteres Scriptores, ac Patres, qui dicunt Euangeliū S. Matthæi, & Epistolam Beati Pauli ad Hebreos, Hebraice scripta fuisse; loquuntur enim de lingua Hebraica, quæ Apostolorum tempore vulgaris erat, & communis Hebreis, quam Chaldaicam, seu Syriacam fuisse constat ex dictis; quemadmodum, ut iam diximus in ipso Euangeliō aliquid legimus esse dictum Hebraice; quod tamen vulgaris lingua scilicet, Chaldaica, seu Syriaca dictum esse linguarum peritis perspicuum est. Nam vero ex dictis aperte videtur posse colligi: hac lingua gaudium, pacem, ac salutem ab angelis annuntiata esse hac primum fidem Christianam in Syria; in qua ipsa lingua maxime floruit, ac floret, & in qua primum etiam sanctissimum Christianum nomen cœpit esse, ac dici; manifestatam esse, turbisque varijs parabolis declaratam esse: hac diuina, diuinique amoris plenissima precepta tradita esse; hac remissionem peccatorum predicatam esse: hac Sacra menta omnia instituta esse; hac miracula cuncta, que a Christo loquente siebant, facta esse: hac Apostolis sanctis & præserit Petro eorum Principi a Christo Domino ligandi, soluendique potestatem datam esse: hac omnia Christianæ fidei mysteria, & ut uno verbo dicam, uniuersam doctrinam Euangelicam a Christo Domino patescantam, & diuulgatam esse: atque homines ad eam inuitatos esse. Hac quemadmodum Demon primum Adamū ac primam Eum fallacibus verbis vicit, atque in errorem induxit: Ita eadem Secundus Adam primi defensor, ac vindicta, & secunda Eva donna a prima illata resarcians, ipsum dæmonem suis sanctissimis, ac omni virtutis laude decoratisimis verbis, vicerunt, superarunt, & omnino represserunt. Hac prætereas sanctissimum ipsius Deiparae Mariae Virginis canticum scilicet (magnificat) ab ipsa dictum fuit.

Hec

Hac Angeli salutatio castis ipsius auribus suauiter insonuit. Hanc denique in vixi
vixi, ac dulcissimis eloquiiis Mariam cum filio Iesu; & Iesus filius cum matre Maria, &
Iesus, & Maria, cum sanctis Discipulis, aliisque amicis, & cognatis quotidiano vsu
vsurpabant. Ex quo, vt tandem concludamus, facili negotio cognosci potest, quanta
fit huius linguae nobilitas, dignitas, ac sanctitas, & quanti ab omnibus praesertim a
Christianis sit facienda; quando quidem Christi, & matris eius sanctissimo, ac purissimo
ore fuit consecrata.

DE CHALDAICAE LINGV AE vtilitate.

V A M utilis sit, ne dicam necessaria Chaldaicae linguae, in Christiana, & sancta Dei Ecclesia cognitione, ac scientia, quamvis pro dignitate dicere non possumus: tamen, vt aliqua eius addiscendae studiis ingeneretur cupiditas; aliquid de plurimis, & vererrimisque, qui ab illius cognitione capi solent, fructibus, breuiter, leuiterque attingemus. Primo igitur ad sacram Scripturam (vt ab ea sumatur initium) in multis obscuris, difficilibusque locis, clare, facileque intelligendam est utilissima. Nam si de veteri testamento sermo habetur, cum eius in linguam hanc antiquissimam translatio: siquidem haec, & alias sileam translationes Syriacas, tempore S. Thaddaei Apostoli, & Abgaris Syrorum regis, facta sunt, vt traditur tum alibi, tum in Prologo quodam Psalterio Syriaco premisso, & ego fauente Deo alibi de huiusmodi Syriacis translationibus, fuse, accurateq. tractabo; non potest esse, tam antiqua huius testamenti, in hac lingua editio, eiusque lectio ediscentibus; nisi magnae utilitatis; & mirae in varijs, reconditisque sacrae Scripturae endandis sensibus, tum verbi diuini concionatoribus, tum eiusdem explanatoribus, facilitatis, atque eruditionis. Accedit etiam, quod cum hec lingua maiorem affinitatem habeat cum lingua Hebraica, in qua predictum testamentum fuit cōscriptum, quam quaelibet alia lingua; & in qua pluribus vocibus, dicēdīq. modis, ac phrasibus inter se maxime conueniat, quos fit, vt quidā has duas linguas vna, & eandē esse putauerint; sine ulla dubitacione huius linguae voces scripturarū sententias aliquo modo proprius attingent. Quod præclare ex Magno Aphrem Syriacō ornamento Magnus Basilius Græciæ decus no[n]tavit in Haxam. exponens inter alia illud Gen. 1. (& Spiritus Domini ferebatur super aquas.) At quonam inquit pacto dixeris super aquas hic ferebatur? E quidem nō meam sed viri cuiusdam Syriacō (intelligendo S. Aphrem) recensebo sententiā, qui tantum a mundana sapientia distabat, quanto verarū scientiæ rerum propinquor erat. Siebat igitur ille Syrorum vocem significantiorem, atque evidenterem esse, & ob affinitatem, quam cum Hebraica habet lingua sententias scripturarum aliquo modo proprius attingere. Itaque talem huiusc sententiam esse dicebat: verbum hoc ferebatur.

batur pro confouebat, vitalemque fecunditatem aquarum naturae prebebat; sumūt, atque interpretantur ad similitudinem auiculae incubantis, virique vitalem quan- dam imprimenis in ea, quæ ab ipsa souentur. Talem hunc prædicabat ea voce sen- sum significari, super aquas, inquam spiritum Dei ferri, id est, ad fecunditatem vita- lem, aquæ naturam ipsum Spiritum sanctum preparasse. Quare satis per hoc id ostē- ditur, quod queritur a nonnullis, nec ab actu creandi Spiritum sanctum absuisse. Hæc Magnus Basilius. Ex quo loco manifeste constat lingua Syriacæ voces in sacra Scrip- tura esse significantiores. Quare & ipsa lingua, & in ea Scripturæ editio maximæ debet esse utilitatis, maximæ auctoritatis. Si vero sermo sit de novo testamento, cum hoc partim Syriaca lingua Apostolorum patria sit scriptum, ut supra dictum est, par- tim in illam, vel ab ipsis Apostolis, vel Apostolorum temporibus (de quo iuuante Deo alibi) sit translatum, & ab Apostolorum temporibus hucusque magno omnium Orientis populorum, qui Chaldaica, siue Syriaca vtuntur lingua, ut etiam vetus te- stamentum retentum, & semper summa in veneratione, & auctoritate sit habitum, & demum publice in omnibus eorum Ecclesiis antiquissimis constitutis in Syria, Me- sopotamia, Chaldaea, Aegypto, & deniq. in vniuersi Orientis partibus dispersis, ac disseminatis, lectum sit, ac legatur, quisna sine maximæ temeritatis nota, eius editionis lectionem non esse maximæ utilitatis, & auctoritatis negare potest. Nā licet Schis- matici, a Catholicis Orientis in explicando, quid sibi velit Syriacus textus inter- dum dissentient: in ipso tamen textu de verbo ad verbum Syriace legendu, & inte- gre retinendo, ab eoque nihil plane detrabendo, vel nihil illi de novo addendo, nec vollo modo reformando, mirum in modum (vtinam sic alijs in rebus) cum illis con- sentiunt: quare sicut ante schisma, ita post illud eodem Syriaco textu, quo Catholicæ, vtuntur; & omnino cum illis in ipsis scripturæ verbis, licet interdum nō in sensu, omnino conueniunt. Vnde nullus volli vñquam de textu ipso Syriaco remansis dubitandi locus. Deinde nouum testamentum Hebraice non extat; quare cum ali- quid obscurum, ac difficile in textu Græco, ac Latino alicui interpreti occurrit; non habet alium textum vocibus significantioribus, & antiquissimorum sanctissimorumq. virorum Commentarij illustratum, quem consulere possit, nisi Syriacum; quem pauci Latini, sicut pauci Syri textum Latinum, ob hominum linguae Latinæ, ac Syriacæ peritorum penuriam, hucusque consuluerunt. Et quamvis pauci etiam Græci ob eandem causam parum Syriacum textum citarint: eum tamen plurimi Syri auctores; & Sancti Patres, auctoritate doctrina, ac sanctitate Græcis nequaquam inferiores, docte, & enucleate interpretati sunt: in homilijs, sermonibus, & concionibus, usurparunt; & denique semper in ore habuerunt; inter quos, ut reliquos sileam, est doctissimus, ac sanctissimus Doctor Iacobus Cyrus; qui multa in scripturā edidit Commentaria. Et ille alter ut (ait S. Greg. in vita eius) Patrum optimus Ecclesiæq. doctor clarissimus, Magnus Aphrem, qui teste eodem S. Gregorio Nysseno, & alijs, omnē, & antiquā, & nouā Scripturam assiduo studio, ut quiuis alius studiose versauit, accurateq. ad verbum est interpretatus, & ab ipsa procreatione mundi usque ad postremum Gra- tie librū, que abdita, queq. arcana, ac recondita erant, spiritus adiutus lumine Com- mentarij illustravit. Que omnia in Oriente extant apud Syros, & tamen nihil fere ex illis habet Occidentalis Ecclesia, non ob aliā causam, nisi quia pauci admodum La- tini, Latinam linguam cum Syriaca coniunixerunt. Et quamvis etiam S. Hier. littera- rum, & lingue Syrae ignarus fuisset à Gennadio, ut refert VVid. Ex eo deprehenda- tur;

tur; quod in Cathalogo Ecclesiasticorum Scriptorum S. Iacobum Nisibensem ciuitatis Episcopum, egregium Syrum Scriptorem in linguam Graecam nondum conuersum, atque circa ignoratum ab eo silentio prætermiserit, in prædicto tamen Cathalogo non satis obscuræ Scripturæ Syriae lingua editæ meminit, cum sic de Aphrem ait. Aphrem, Edessensem Ecclesiæ Diaconus, multa Syro sermone composuit: & ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum (id est lingua Syriae editarum) publice in quibusdam Ecclesiis eius scripta (ut nunc etiam maxime apud Maronitas in officijs diuinis) recitentur. Hanc præterea a noui testamento Syriae textu commoditatè percipi posse arbitratur VV idemq. quod Syriae illa dicendi formula Christo Domino, Apostolisq. gentilitia, in Graecis, Latinisq. auribus, etiam nunc peregrina quodammodo, multa Latinis hominibus incuditatem, atque lumen ad multorum locorum Catholica sensa enundanda præcipuum sit allatura. Adeo enim palæstinum illud dicendi genus in sacris litteris quacunque lingua promulgatis implicatum insidet; ut Marcus Euangelista, (quem Syriae lingua in scribendo suo Euangeliō versus fuisse affirmant) non magis Latine, aut Lucas, & Ioannes Graece scripsisse, quam vel P. Terentius Aphro comedias ad Tunicae, vel Iudeus Philon scripta sua ad Hebraicæ dictionis normam direxisse videantur. Hæc in præsentia satis sint de utilitate editionis Chaldaicæ, siue Syriae linguae. Ex quibus etiam colligitur, quam temere de ea quidam effutiant. Per editionem autem Chaldaicam, siue Syriae non intelligimus eam, quæ Paraphrasis Chaldaica appellatur; sed illam, quam ab inicio rerum Christianarum Syriae habuerunt atque ad hæc usque tempora retinunt; publiceq. ut dictum est, in Ecclesiis usurpant. Secundo Chaldaicæ linguae cognitio non solum est utilissima ad multa loca defendenda in editione Latina, quæ Occidentis heretici corrupta, seu depravata esse asserunt; cum sint emendatissima, & antiquissimo Syriae textui maxime conformia: Verum etiam ad probandum, ieiunia, abstinentias, venerationem crucis & aliorum, memoriam sanctorum, frequentes oblationes, seu Missarum celebrationes, preces pro defunctis, diuinorum officiorum recitationis confuetudinem, & alia eiusmodi, quam plurima, quæ heretici, tanquam novi Romani Pontificis traditiones detestantur: esse antiquissima, & in Ecclesia etiam Syriae ab Apostolorum temporibus hucusque retenta, & conseruata, ut videre est tum in sectionibus capitum textus Syriae, tum etiam in Breuiariis, librisque diuinorum Officiorum Maronitarum, atque aliorum Syrorum, tum denique id clare constat, ex tam antiqua, ac perpetua prædictarum rerum in dicta Ecclesia summo omnium consensu exercendarum confuetudine; ut Syriae lingue peritus aperire ex eius Ecclesia liberis intelliget. Tertio Sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater, ac magistra debet omnes hereses, præsertimq. præcipias, quæ magis uigent, confutare. At excepta natione Maronitarum, (quæ se Romanæ Ecclesie semper deditissimam fuisse profitetur, atque hoc certo Dei iudicio, ac beneficio factum esse uideatur, qui noluit omnino fidem Christianam Catholicam in ijs sanctis locis extingui, in quibus primo incepit.) Reliqui fere omnes Orientales, qui hac utuntur lingua, sunt heretici. Vel enim Nestorium, vel Dioscorum, seu Eutichetem, & alios impios, ac sceleratos in sacrosanctis Conciliis condemnatos hereticos consequantur. Hi autem nulla ratione sine lingua Syriae confutari, conuincique possunt. Imo sunt plurimi, qui contra sacrosancta Concilia, Chalcidonense, Ephesinum &c. Atque adeo contra universam Ecclesiam Catholicam nefandas suas hereses defendendo, tam impie scripserunt;

runt, ut cum illorum pernoluoscripta, licet mirum in modum ad eorum scripta, se-
ptis pariter confutanda, atque explodenda meus commoueatur, & accendatur ani-
mus: tamen admirari satis non possum quomodo à Latinis Catholicis, qui scriptis ab
hæreticis vinci, non putuntur, non sint, non dico confutata, sed omnino extincta. Cu-
ius rei causam aliquantulum mecum ipse considerans, nullam aliam præter hominis
lingue Syriacæ in Ecclesia Romana peritorum penuriam reperire potui. Quod opti-
me considerans summus, atq. optimus Pontifex Clemens quintus toto Concilio Vie-
nensi approbante statuit, ut habetur lib. 5. tit. 1. de mag. c. 1. Vt vobisq. Romanum
Curiam residere contigerit, necnon in Paris. & Oxe. Bon. & Salamantino studijs
erigerentur sc̄holæ, in his tribus linguarum generibus, Hebraicæ, Arabicæ, & Chal-
dæcæ; ibique stipendia competentia, ac sumptus huic rei necessarios decernit; & mul-
ta alia dicit, quibus ostendit, quam utilis sit, ac necessaria Ecclesiæ sanctæ huiusmodi
linguarum cognitio. Quarto, Chaldaicæ, seu Syriacæ linguae cognitio est maxime
utilis, & necessaria ijs præsertim, qui linguam Hebraicam, vel discere volunt, vel
profitentur. Nam cum non solum libri Esdræ, ac prophetia Danielis magna ex parte,
ut dictum est Chaldaice scripti sint; Verum etiam omnes fere Hebreorum interpre-
tationes, Rabbinorumq. Commentaria, ac scripta, & tandem, si sacram Scripturam
excipias, quid quid iam longo tempore ab Hebreis scriptum est, quasi & que respiat
Chaldaismum, atque Hebraismum, nemo sine lingua Chaldaica, Rabbinos, Hebreo-
rumq. auctiorum scripta, & interpretationes recte, ac perfecte intelligere poterit, nec
perfectam lingue Hebraicæ cognitionem habebit, ut ipsimet linguarum periti una
voce fatentur. Quinto, Chaldaicæ, sive Syriacæ linguae sciëtia est utilissima ad quā
plurimos Astrologie, Mathematicæ, Philosophiæ, Theologiae, reliquarumq. omnium
scientiarum, ac facultatum libros legendos; & ad quamplurima alia cuiuslibet gene-
ris historiarum antiquissima, omnisiq. eruditio plenissima, pernoluenda monu-
menta. Ex quarum rerum cognitione, quam maximam studiosorum animus percipe-
re solet voluptatem. Accedit quod, si sapientie amor, & tam ligatæ, quam soluæ
orationis suauitas, ac splendor ad Græcam linguam addiscendam studiosos impelle-
re solent; quanto magis hæc eadem ad linguam Chaldaicam perdiscendam eorum
animos, accedere debent? quandoquidem illam Græcorum sapientiam, cuius infla-
mantur amore, a Chaldeis, tanquam a fonte dimanasse docent, tum alijs, tum præci-
pue Eugub. lib. 1. de Pereni Philosophia. c. 1. Vnde nō desunt, qui Aristotile (de cu-
iis doctrina tantopere Græci gloriantur) tantam rerum cognitionem, quam suis in li-
bris posteritati reliquæ, ex Chaldaorum, Hebreorumq. libris Alexandri Magni sui
discipuli iussu, vndiq. collectis, expilasse, subq. suo nomine supressis, aliorum aucto-
rum nominibus, versute edidisse assueranter affirment. Præterea solos Chaldaeos es-
se sapientes ipsius Græcie oraculum cum à quodam consuleretur, quos tandem homi-
nes religioni deditos aliquan.lo esse contigisset, respondisse ex eorundem testimonio
scribit Iust. Martyr, & Philosophus in Oratione Parœn. ad gentes. Responsum autē
illius oraculi his versibus continetur.

Solis Chaldaicis sapientia cessit: Hebrei

Ingenitum regem mente, Deumq. colunt.

Non solum autem Græci sapientia sed etiam sermonis elegancia, sententiæ, gra-
uitate, sunt Syris inferiores. Nam sanctissimus Jacobus; & Magnus Aphrem (viri
reliquos taceam,) ita in copiose, ornata, sapienter, grauiterq. dicendi genere, tam in so-
luta,

lata, quam in ligata oratione excelluerunt, ut non solum præstantissimos Scriptores Græcos superauerint; Verum etiā ad sui admirationē, quam maxime eos commoverint. Et quidem de Magno Aphrem. (ut de S. Iacobo, qui si ipsum Aphrem non superat, æquat tamen, taceam.) Audi quid inter alia dicat Sozomenus. lib. 3. hist. Eccl. c. 15. Hic (inquit) disciplina monastica vitam insituens, cum neque a quoquam didicisset, neque exspectaret se tales euasorum, de repente in lingue Syriacæ peritius tantum profecit, ut sumarum Philosophie præceptionum intelligētiā adeptus sit, & non solum facilitate, ac splendore orationis, sed etiam sententiarum cœribitate, atque sapientia Græcos Scriptores, facile præstantissimos superauerit. &c. Et Niccephorus Callist. lib. 9. c. 16. Eadem (inquit) hac ætate, & Ephræm Syrus præclarus fuit, qui quidem longo intervallo omnes præcessit, & breui tantum in lingua Syrorum, cū quidem eam prius ab alijs non didicisset, neque specimen aliquod, aut spem talem eū fore, præbuisser, profecit, ut cum pietatis exercitio ad summum contemplationis peruenerit, tum splendore, facilitate, & suavitate verborum, nec non densitate, & gravitate sententiarum, etiam præclarissimos quoque Græcorum, qui eloquentia antiquitus excelluissent, superauerit &c. Et postea subdit. Quamobrem Magnus ille, & Oratione, & virtute Basilius, qui Cappadocum Metropolim Episcopatu suo exornauit, summopere virum est admiratus, eundemq. eruditio[n]is nomine beatum censuit. Ut tanti viri tam certo testimonio manifestum sit, communiter quoque a Græcis, qui tum claram in eloquentia obtinuere nomen, præstantissimum omnium Ephræm iudicatum esse. &c. Ex quibus constat, si Studiosi, sapientiae amore, eloquentissimorumq. Scriptorum præstantia, ad linguam Græcam addiscendam alliciuntur; quanto magis iisdem ad linguam Chaldaicam, sive Syriacam arripiendam, rapi debant? Postremo, ut quamplurimis huiusc lingue supersedeant utilitatibus, illud omnes studiosos Christianos, præcipueq. pios, & religiosos ad hanc linguam adipiscendam, quam maxime inflammare debet; scilicet ea lingua loqui, qua ipse Christus Dominus, & sanctissima Virgo Maria mater eius, loquuntur sunt; ea legere nomina: Iesu denique fruendo vī vocibus, quas sacratissima eorum ora proferendo consecrarunt.



PETRI

PETRI VRETAE BVRGENSIS

Theologi, in Grammaticam Chaldaicam eruditissimi viri Theologi Georgij Amiræ Edenensis è Monte Libano, Epigramma.

AVta tibi placidæ veniunt iam dona Mineruæ,
Otia nam semper hæc tibi, Roma, placent.
Scilicet antiquæ & tam castæ dogmata linguaæ,
Qua potes ad fontes ire benigna sacros.
Nam prius illa fuit patribus notissima, sic &
Vulgaris Christo discipulisque suis.
Montis odoriferi tibi portat munus coum,
Ipse dat optatas delitiasque liber:
Arboribus nemorum gaudet Maronitica tellus,
Frugibus, & gemina vite Lyeæ tua:
Ruris honos, cedri simul, ac durantis oliuæ,
Quæque sua sanctus perfluit amnis aqua:
Hæc multos olim peperit facundia doctos,
Ad cæli motus, sidereasque vices.
Georgius vnde tuus venit: multosque per annos
Doctus erat sacris clarius in studijs.
Natus nobilium clara de stirpe parentum
Prominet, & tota notus in Vrbe sonat.
Hoc satis esse putat; sed sæpe rogatus amicis
Omnia quæcum doctè perficit, atque docet.
Hinc iam Carpe nouos fructus, Romana iuuentus,
Talibus ingentes accumulabis opes.

E I V S D E M A D L E C T O R E M .

HAec sunt facundæ pulcherrima commoda linguaæ,
Quod cupis & nitidum, maxime lector, opus.
Nec studuit tibi Chaldæas exponere voces
Quis melius, nec quo pulchrius ante dedit.
Exatam dices hanc visam protinus artem,
Quæ facilem nobis reddit Amira viam.
Omnia fronte tamen, si legeris ista, serena,
Hic erit utilitas, lux noua, forma, modus.

GEORGII AMIRAE
SYRI EDENIENSIS
E LIBANO.

GRAMMATICA
LINGVÆ CHALDAICAE
SIVE SYRIACAE

Liber primus.

DE LITTERIS CHALDAICIS, SEV
Syriacis, & de earum divisione.

CAPVT PRIMVM.



RIPLEX potissimum litterarum species, apud Chaldaeos, seu Syros communiter reperitur ; quarū quidem meminit Grammaticus quidam Syrus, nomine Dauid, Pauli filius in suis quibusdā notationibus in Grammaticam . Prima dicitur

ranghelo ; a qua non multum distat ea characteris species, qua vtuntur Nestoriani, & non nulli, natione quidem Græci (seu vt communiter in Syria appellantur) Melchitæ : idiomate vero pseudochaldæi, seu Arabes . Secunda autem dicitur

fscitto, idest, simplex, vel

A

tem

tem dicitur, quia simplicibus lineis pingitur; Tertia postremo, nuncupatur **لـكـ** eefifo, idest, duplicatus, & solet a quibusdam dici **لـكـ دـكـ** messttariono, scissus, quia videlicet duplicatis, & quasi in medio scisis scribitur lineis; vt in tabella Alphabetica patet.

Prima litterarum species putatur omnium antiquissima, ac proinde omnibus nationibus, quæ Chaldaicum usurpant idiomam, est communis. Secunda est recentior, & a prima dimanauit, eaq. multo est facilior scriptu, quo fit, vt sit maxime in usu, tum apud Orientales alios, tum apud Catholicam, Romanæq. Ecclesiæ studiosissimam, Maronitarum nationem. Tertiam demum in libris antiquissimis non vidi, ea tamen in titulis scribendis, vel breui aliquo dicto, seu epigrammate Chaldaico, non semel a recentioribus usurpatum; & facit potius ad ornamētum (præsertim cum varijs coloribus decoratur) quam ad necessitatem. Subijciamus ergo tabellam, in qua singulorum characterum species suo ordine conficiantur.

Tabella indicans singulas Chaldaicarum litterarum species, earumq. figuræ, potestates, ac nomina.

Nomen	Potestas	Simplex	Duplicatus	Nestorianus	Estrâghelo
Aleph		A			
Beth		B			
Gomal		Gh			
Dolath		D			
He		H			

Vau

Vau		V																
Zain		Z																
Hheth		Hh																
Tteth		Tt																
Iud		I																
Kof		K																
Lomad		L																
Mim		M																
Nun		N																
Sēkath		S																
Ee		Aa																
Fe		F																
Sfode		Sf																
Qof		Q																
Risc		R																
Scin		Sc																
Tau.		T																

GRAMM. CHALDAICÆ

De harum litterarum nominum significatione.

CAPVT SECUNDVM.

Litteras Chaldaicas habere nomina, quæ aliquid significet, perspicuum est; cur autem talia nomina obtineant, licet non ita clarum sit, potest tamen aliqua ratio ducta ab ethimologia nominis, seu ab ipsius litteræ sono aſignari; quare ut id patet, incipiamus a prima littera.

אָלֵף Aleph, tria potest significare, vel enim est quasi **אָלֵף** elaf, ab **אַלְפָה** elfo.i.nauis, vel quasi **אָלֵף** olef, ab **אַלְפָה** alfo, idest, mille, vel **אָלֵף** alef, a verbo **אָלֵף** alef, idest, docuit; ita forte dictum, vel quia nauis similitudinem imitatur, vel quia millesimus numerus eo significatur, vel certe, quia omnis, qui linguam aliquam docuit, vel doctus est, ab hac littera docere, seu doceri inchoauit.

בָּתֵּה Beth, idest, domus, quasi domui similis. **בָּתֵּה** baito enim domum significat, per contractionem deinde fit **בָּתֵּה** beth.

גָּמָל Gomal, quasi **גָּמָל**, per contractionem fit a **גָּמָל** gamlo, idest, camelus, propter gibbosam, & oblongam, quam habet proceritatem, ita appellatur.

דָּלָתֵה Dolath, quasi descendit, **דָּלָתֵה** dol enim inter alia significat descendere, a quo deinde deriuatur **דָּלָתֵה**:

הָהֵן He, vel quasi **הָהֵן** ho, idest, ecce, suum quodammodo indicans sonum, vel a sono proprio sic dicitur.

וָאוֹ Vau, a sono proprio accipit nomen.

Zain, idest, arma, **לְזַיִן** zaino enim arma significat, a quo per contractionem fit **זָיִן** zain, eadem retinens significacionem sicut cetera contracta, ita dictum videtur, quod pugionis, vel alterius instrumenti bellici similitudinem ex parte referat.

Hheth, vel a **חֵת** hetho, idest, soror, quasi per illa duo paruula signa, in eadem linea simul iuncta, affinitatem, similitudinemque vnam indicat, vel a **חֵת** hheto, idest, Aloe, quasi cum illud pronunciamus amaritudine aliqua afficiuntur, vel a **חֵת** hhetho, idest, pons columnis innixus, quia pontis speciem ex parte ostendit. nam illa duo signa videntur ut columnae, quibus linea alia tamquam pons sustentatur; vel quasi **חֵת** hhaiat, a **חֵת** hhaiuto, idest, vita, vel demum **חֵת** a **חֵת** .i. viua, quod viua quadam voce exprimitur.

Tteth, a suo sono dictum esse videtur.

Iudh, a **יְהֹוּדָה** iudho per contractionem, significat puerum, quia sicut puer inter homines, ita hoc elementum inter litteras paruum reputatur.

Kof, scilicet curuatus est, quod videlicet lincolam superiorem circundatam, curuatamq. habeat.

Lomadh, quasi **לְמַדְהָ** lamedh, quod significat coniungere, copulare, consequi, quod duabus lineis quodam ordine in principio se inuicem copulantibus, atq. consequentib. conficitur.

Mim, a sono proprio videtur esse nominatum.

Nun, a **נוּן** Nuno, idest, piscis, quia piscis similitudinem

nem (præsertim cum est in fine) indicat.

אַסְכָּת Semkath, a fulciendo dicitur, quasi munitum, & vndique fultum, **שָׁמָךְ** Smach enim fulcire significat.

אֵ Ee, vel a sono proprio sic appellatur, vel certe a nomine **אֶתְ** eeto desumitur, quod significat suppressionem, quia videlicet guttur suppressionē aliquā in ipsius formatione patitur.

פֵּ Fe, quasi **פְּסֵ** fe, a **פְּ** faio, idest conueniens, decorus, quasi decentem, decoramq. figuram habens.

סֵ Sfode, a **סְמִידֵ** Ssaido, idest, piscatus, sic nuncupatur, quia est persimile hamo piscatorio.

קֵ Qof, a **קְוֹפֵ** qufo, idest, simia, vel herinaceus, quod eius formam, præsertim cùm sese in globum componit, habeat.

רֵ Risc, per contractionem a **רְשִׁיכֵ** Riscio, idest, caput, quod nonnullam cum illo habeat similitudinem.

שֵׁ Scin, a **שְׁנֵ** sceno, dens, quod dentis figuram habet.

תֵּ Tau, idest, venite, quasi ad illud, cetera elementa tamquā ad finem, & terminū veniant, & hic eorū numerus desinat.

Ex quibus constat elementorum nomina aliquid significare, sed rationem, cur id potius, quam aliud significant, ut diximus, non est facile inuestigare.

De numero harum litterarum.







CAPVT III.

Litteræ, quibus vtuntur Chaldæi, sunt duæ, & viginti supra a nobis suo ordine enumeratae, cur autem hoc potissimum numero sint contentæ, variæ a varijs redundunt rationes apud David

Dauid Grammaticum, supra citatum. Primum enim apud ipsum Epiphanius Cyprius videtur dicere viginti & duas fuisse constitutas, quia datae sunt patribus illis primis, vsq; ad Moysen, in signa futuras, scilicet esse viginti & duas generationes. Alij autem aiunt fuisse constitutas, iuxta numerum operū Dei, quæ sex dierum spatio procreauit; vnde asserunt quasdam litteras in tabella in scribendo duplicari, quasdam vero non item; quia videlicet, quædam ex illis operibus, composita fuerunt ut corpora animantium, & alia; quædam vero non, ut cælum, &c. Alij aliter; Ego vero, ut hæc, & similia omittam, existimo tot Chaldaicas litteras fuisse constitutas, quot auctor cognouit esse necessarias ad linguæ a se constituendæ voces exprimendæ, & ita etiā iuxta varietatē organorū humani corporis, ac multiplicitatē, varias, ac multiplicipes constituit: ut inferius dicetur.

*De diuisione, pronunciatione, & ordine
ipsarum litterarum.*

CAPVT IIII.

P Rætermisis ceteris, quæ minus necessaria videntur, prædi-
ctæ litteræ secundum numerum, & diuersitatem organo-
rum: quibus homo ad formandas voces vtitur, in quinque clas-
ses distribuūturi; quædā enim dicuntur  gagroiotho,
idest, gutturales, quia dum proferuntur adminiculo guttu-
ris potissimum egent: quæ sunt  . quædam
vocantur  dhheko, idest palati; quæ sunt 
 . quædam  dlesciono, idest linguæ, quæ sunt
 . quædam  discene, idest dētium, quæ
sunt,  , quæ quidem, si excipias, a Chaldæis ap-
pel-

pellantur: **لَفْظٌ مُّكْتَبٌ** mascerqonio tho, id est, sibilantes,
quia dū exprimuntur sibilant; nominantur etiā **لَفْظٌ مُّكْتَبٌ** ru-
hhonio tho, id est, spirituales: quia cum quodā spiritu prolatæ
excunt; quædam denique dicuntur **لَفْظٌ مُّكْتَبٌ** sefuotho-
no tho; id est, labiales, quod labijs potissimum eas pronūtian-
tes vtimur; & sunt **فَمَوْسَ**. Ex his autem litteris septem
mihi videntur a quamplurimis in Occidentis partibus, vel non
proferri, vel certe male proferri: quare licet scriptis non possi-
mus recte earum docere pronunciationem, cùm in hac re, multū
conducat viua vox; contēdam tamen assignare saltem organa,
quibus pronuntiantur, & aliquas similitudines cuilibet notissi-
mas, ex quibus sonus earum, aliqua ratione cognoscatur, quem
cognitum rudi minerua (si quis possit) edat: sin minus, ne despe-
ret discere linguam; linguarum enim scientia, non in pronun-
ciando, sed in intelligendo præcipue consistit: ad quod cetera
omnia, tanquam ad scopum, & finem, quem vnuſquisque discēs
intendit, ordinantur; quod si huiusmodi finem, sine exacta, &
naturali litterarum pronunciatione quis consequi possit, in for-
manda exacta pronunciatione, ne tempus conterat: sed magna
cura, ac studio intelligere contendat. Hæ igitur litteræ, quæ
paulo difficilius pronunciātur, sunt, si **ل** excipias, reliqua tres
gutturales, quæ a gutture, & lingua radice proferūtur. **م** enim
respondeat spiritui denso Græcorum, & Latinorum aspirationi,
quæ optime Chaldæorum more a Germanis pronunciatur. **ك**
est quasi duplex aspiratio, aliquanto lenius, profundiusq. pro-
lata: & sonus ipsius illi similis est, quē quis, vel frigore affectus,
vel dolore concussus, vel aliquem quibusdam vocalis ad iram
prouocans, seu commouens, edere solitus est. **ه** demum nul-
lo modo in eius pronunciatione a naribus dependet, nisi veli-
mus, cum illam proferre non possimus, aliquid a vero illius fo-

LIBER I.

no distans configere. est igitur similis vagitu illi seu sono, quē vitulus absente matre edere consuescit. **¶** præterea in medio linguæ, & palati tecto grandiori quodam sono quam **¶** profertur; & eius sonus similis est voci gallinæ, qua factō ouo canere solet. **J** est quasi duplex. s. densior enim aliquāto est, & plenior, quam **ω**. **J** enim est quasi duplex. tt. densiori quodam sono in summitate linguæ, adiuuātibus dentibus superioribus exprimitur. **¶** porromolle prope linguæ radicē formatur; & respondet X Græcorum, & simili modo pronunciatur, quo .c. Latinum a quibusdam Italīs, præsertim illis, qui Florentiæ degunt, profertur. **J** denique profertur vt z, si illud quod vt t. in z. sonare videtur; dematur. Hic præterea monendum est litteram **ω** eodem modo ante omnes vocales proferri, quo s, & c, apud Latinos ante e, & i. cūm enim sit vna, & simplex littera, vnum simplicemq. habet sonum ante omnes vocales, quod quidem non accidit in s, & c, quæ quidem ante a, o, & u, vt duæ litteræ distinctæ, distincto modo pronuntiantur; ante e, vero, & i, vt vna littera vno modo exprimuntur. Cætera elementa eo plane modo, quo apud Latinos pronuntiantur; quod si accuratius, & clarius harum litterarum pronunciationem intelligere expetas; frequenta naturales Chaldæos & facili negotio, & melius viua voce ab his, quam scriptis a nobis omnia percipies. Ex dictis facile colligi potest, cur ita, & non alio modo, prædictæ litteræ sint ordinatæ; nam vt bene aduertit Elias quidam Syrus in sua Grāmatica, si iuxta ordinem organorum quibus proferuntur, & formantur ordinare velimus, sic essent ordinandæ. ; **ا** **ل** **م** **ك** **ه** **و** **د** **ر** **س** **ف** **ع**

Sed sapienter quidē primi Chaldæi, relicto naturæ ordine hac in re ordinē doctrinæ secuti has litteras ordinarūt: quod vt melius intelligatur, sciendum est apud nos, tyrones postquam totam clementorum seriem didicerint, eadem suo quoque ordine

B

coniuncta,

coniuncta, & inter se contexta discere esse solitos hoc modo.

: abgadh hauaz
hhatti kalman saafas qarsciat. Et hoc sit tum, ut melius memoria ea retineant, tum etiā, ut pingui minerua litteras inter se connexas legere assueſcat, ut sibi deinde facilior ad difficiliora patet accessus. Chaldæi igitur noluerunt litteras iuxta ordinem instrumentorum, quibus eduntur, ordinare; quia paulo difficultius erat legere Alphabetum, præsertim cum litteræ, quæ difficilem habent pronunciationem simul concurrerent, ut vides in Alphabeto iuxta ordinem naturæ ordinato: & multo magis fastidiosum erat, & iniucundum eas pronunciare simul iunctas, ut iuxta prædictum ordinem hic etiam coniunctas conspicis.

: quas pronuntia, si potes. Vnde sapientes Chaldæi ut huiusmodi incommoda omnino evitarent ordinem prædictum contempserunt, & cum, quo eas in exēplis constituimus, excogitarūt; quo fit, ut ponatur in principio, quia est primum omnium in suo exitu: contra vero in secundo loco constituitur cuius exitus est a labijs longe distans ab exitu ipsius Sequitur tertio , cuius similiter exitus distat ab exitu elementi & sic deinceps vnum elementū ordinatū est post aliud cū distantia consequentis a præcedēti, ut, & facilius proferātur, & mutuo quodam officio se inuicē adiuuēt, ut dum vnius organū in proferendo labore, alterius quiescat; dum vero vnius quiescit, alterius labore.

*De simili, vel dissimili figura, & sono
litterarum.*

CAPVT V.

VT melius adhuc litteræ cognoscantur, & ne inter legendum, vel audiendum, vnam pro alia accipiamus; sciendū est

est quasdam litteras habere figuram quasi similem, sonum vero diuersum, & sunt istae.

, ॥ ـ |

Quarum litterarū discriben facile discernes, si ipsas litterarum lineolas, vel puncta inspicias; ـ Zain enim breuiorem habet

; ॥ ـ |

lineolam, quam ـ Alef. ـ Kaf autem

fit tractu magis circumducto, & obtuso, quam ـ Beth. ـ Ec

præterea habet breuiores lineolas, quam ـ Lomadh. ـ Risc

denique habet punctum ex parte superiori; contra vero ـ Do-

lath ex parte inferiori. Quasdam vero figuram diuersam, sonū

vero aliquo modo similen, & sunt istae.

ـ ـ ـ ـ ـ

De quibus supra diximus.

ـ ـ ـ ـ ـ

Sciendum etiam est, quasdam litteras iuxta duplia puncta illis in vario situ apposita habere duplice sonum varium: quæ his duabus vocibus continentur; ـ ـ bghodh kfoth.

nimirum ـ ـ ; ـ ـ ; si enim habeant punctum ex

parte superiori, dicuntur ـ ـ mqasciotho, id est, duræ,

vel asperæ; vt t,p,k,d,gh,b, ـ ـ ; sin vero ex

parte inferiori nominatur ـ ـ mrakchotho, id est mol-

les; vt th,f,ch,dh,gh,vi : ـ ـ ; ـ ـ .

Hic adverte primo pūcta litterarum, quæ duritie, mollitieq. afficiuntur, scriptores Syros, vt plurimum solitos esse ponere colore rubro; & merito quidem; quia cū tot vndique ponantur puncta circa vocum litteras, confundetur quis in discernendis punctis lenibus, & asperis ab alijs punctis; nos tamen, quia im-

pressoribus fastidiosum est ea ponere colore rubro, ponimus, vt vides, colore nigro, paruae tamen figuræ vt ab alijs discernatur.

Aduerte secūdo, Chaldæos non habere litteram, quæ propriæ respondeat G. latino; quia ipsi nullam habent vocem; quæ huiusmodi litteram recipiat; quod si velint vocem aliquam externam, quæ eam litteram habeat, scribere, vtuntur ~~habentes~~ in corpore punctum hoc modo ~~habentes~~ & sic communiter nūc fit, præsertim cum linguam Arabicam characteribus Chaldaicis decoramus.

Aduerte tertio, litteras **ت** & **ك** cum punctis ex parte inferiori non habere aliquod elementum in Latina lingua sibi respondens; sed de **ت** supra. **ك** autem pronuntiatur grandiori quodam fono, penes linguae radicem; quādo porro huiusmodi litteræ punctis prædictis afficiendæ sint, quādo vero non, suo loco, adiuuante Deo, ostendemus.

De modo numerandi istis litteris.

CAPVT VI.

Sciendum est Chaldæos, sicut & alias gentes suis in numerando uti litteris; **ن** enim apud eos significat vnum; **د** duo, **هـ** tria, **رـ** quatuor, **مـ** quinque, **سـ** sex, **لـ** septem, **وـ** octo, **بـ** nouem, **ـ** decem. **تـ** viginti, **ـ** triginta, **ـ** quadraginta, **ـ** quinquaginta, **ـ** sexaginta, **ـ** septuaginta, **ـ** octuaginta, **ـ** nonaginta, **ـ** centum. **ـ** bis centum, **ـ** ter centum, **ـ** quatercentum. Cùm postea prædictis numeris aliquem minorem addere volunt, postponunt litteram minorem numerum significantem, significanti maiorem; vt ex suis exemplis intelligere potes; in quibus singulorum numerorum, usque ad 400. exempla ponuntur.

٤	٦	١	٥	٩	٧	٢	٨	٣	٦	٩
٩	٨	٧	٦	٥	٤	٣	٢	١		
٤	٦	١	٥	٩	٧	٢	٨	٣	٦	٩
١٩	١٨	١٧	١٦	١٥	١٤	١٣	١٢	١١	١٠	
٤	٦	١	٥	٩	٧	٢	٨	٣	٦	٩
٢٩	٢٨	٢٧	٢٦	٢٥	٢٤	٢٣	٢٢	٢١	٢٠	
٤	٦	١	٥	٩	٧	٢	٨	٣	٦	٩
٣٩	٣٨	٣٧	٣٦	٣٥	٣٤	٣٣	٣٢	٣١	٣٠	
٤	٦	١	٥	٩	٧	٢	٨	٣	٦	٩
٤٩	٤٨	٤٧	٤٦	٤٥	٤٤	٤٣	٤٢	٤١	٤٠	
٤	٦	١	٥	٩	٧	٢	٨	٣	٦	٩
٥٩	٥٨	٥٧	٥٦	٥٥	٥٤	٥٣	٥٢	٥١	٥٠	
٤	٦	١	٥	٩	٧	٢	٨	٣	٦	٩
٦٩	٦٨	٦٧	٦٦	٦٥	٦٤	٦٣	٦٢	٦١	٦٠	
٤	٦	١	٥	٩	٧	٢	٨	٣	٦	٩
٧٩	٧٨	٧٧	٧٦	٧٥	٧٤	٧٣	٧٢	٧١	٧٠	
٤	٦	١	٥	٩	٧	٢	٨	٣	٦	٩
٨٩	٨٨	٨٧	٨٦	٨٥	٨٤	٨٣	٨٢	٨١	٨٠	
٤	٦	١	٥	٩	٧	٢	٨	٣	٦	٩
٩٩	٩٨	٩٧	٩٦	٩٥	٩٤	٩٣	٩٢	٩١	٩٠	
٤	٦	١	٥	٩	٧	٢	٨	٣	٦	٩
١٠٩	١٠٨	١٠٧	١٠٦	١٠٥	١٠٤	١٠٣	١٠٢	١٠١	١٠٠	

ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف
209	208	207	206	205	204	203	202	201	200
ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف
309	308	307	306	305	304	303	302	301	300
ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف	ف
409	408	407	406	405	404	403	402	401	400

Sciendū etiam est, quoniam prædictis litteris simpliciter non possumus numerare nisi usque ad 400. ut patet ex exemplis positis: Sapientes Syros excogitasse quandam modum, quo etiam prædictis litteris possimus numerare omnes centesimos, millesimosque numeros; necnon myriadas, quas Chaldæi vocant **لَهُو**, rebuotho. Nam, ut significant varios centenos numeros, apponunt punctum ex parte superiori his nouem litteris, **ج ف ع ش ن م** quorum prima significat 100. Secunda 200. Tertia 300. Quarta 400. Quinta 500. Sexta 600. Septima 700. Octaua 800. Nona 900. Ut vero significant varios millenos numeros subdunt litteræ ex parte inferiori, quandam lineolam uersus dexteram hoc modo, **ع** 100. **س** 200. Ut uero uarias myriadas, subscribunt litteræ quandam lineolam ad latus, hac ratione; **ل** 10000. **س** 20000. Sed ut hoc melius intelligatur subijciamus exempla prædictorum numerorum.

Numerus centum.

ن	م	د	ن	ب	م	ه	ن	م	س	م
109	108	107	106	105	104	103	102	101	100	
ف	د	د	ن	ب	م	ه	د	ف	س	ف
209	208	207	206	205	204	203	202	201	200	
ل	ل	ل	ل	ل	ل	ل	ل	ل	ل	ل
309	308	307	306	305	304	303	302	301	300	
ف	د	د	ن	ب	م	ه	د	م	س	م
409	408	407	406	405	404	403	402	401	400	
ن	م	د	ن	ب	م	ه	ن	م	س	ن
509	508	507	506	505	504	503	502	501	500	
ف	ه	ه	ن	ب	م	ه	ف	ه	س	ف
609	608	607	606	605	604	603	602	601	600	
ل	ل	ل	ل	ل	ل	ل	ل	ل	ل	ل
709	708	707	706	705	704	703	702	701	700	
ف	د	د	ن	ب	م	ه	ف	د	س	ف
809	808	807	806	805	804	803	802	801	800	
ز	ر	ز	ز	ز	ز	ز	ز	ز	ز	ز
909	908	907	906	905	904	903	902	901	900	

Numerus millum.

61 -7. 12. 07. 07. 07. 12. 12.

1009.1008.1007.1006.1005.1004.1003.1002.1001.1000

2009.2008.2007.2006.2005.2004.2003.2002.2001.2000

وَالْمُؤْمِنُونَ

3009.3008.3007.3006.3005.3004.3003.3002.3001.3000

4009.4008.4007.4006.4005.4004.4003.4002.4001.4000

ଫୁଲ ମର୍ଦ୍ଦ କାହିଁ ପାଇଁ କାହିଁ କାହିଁ କାହିଁ କାହିଁ

5009.5008.5007.5006.5005.5004.5003. 5002. 5001.5000.

५० व० १० ०० ०१० १० ८० ५० ५० १० ०

6009.6008.6007.6006.6005.6004.6003.6002.6001.6000

أَنْتَ أَنْتَ إِنْتَ أَنْتَ أَنْتَ أَنْتَ أَنْتَ أَنْتَ

7009.7008.7007.7006.7005.7004.7003.7002.7001.7000

8009.8008.8007.8006.8005.8004.8003.8002.8001.8000

tb, mb, hb, ab, ab, tb, fl, cb, hb, b,

9009.9008.9007.9006.9005. 9004. 9003.9002.9001.9000

Name

Numerus myriadum.

1	2	3	4	5
10004	10003	10002	10001	10000
10009	10008	10007	10006	10005
20004	20003	20002	20001	20000
20009	20008	20007	20006	20005
30004	30003	30002	30001	30000
30009	30008	30007	30006	30005
40004	40003	40002	40001	40000
40009	40008	40007	40006	40005
50004	50003	50002	50001	50000
50009	50008	50007	50006	50005

<u>০</u>	<u>১</u>	<u>২</u>	<u>৩</u>	<u>৪</u>
60004	60003	60002	60001	60000
<u>৫</u>	<u>৬</u>	<u>৭</u>	<u>৮</u>	<u>৯</u>
60009	60008	60007	60006	60005
<u>১</u>	<u>২</u>	<u>৩</u>	<u>৪</u>	<u>৫</u>
70004	70003	70002	70001	70000
<u>৬</u>	<u>৭</u>	<u>৮</u>	<u>৯</u>	<u>০</u>
70009	70008	70007	70006	70005
<u>১</u>	<u>২</u>	<u>৩</u>	<u>৪</u>	<u>৫</u>
80004	80003	80002	80001	80000
<u>৬</u>	<u>৭</u>	<u>৮</u>	<u>৯</u>	<u>০</u>
80009	80008	80007	80006	80005
<u>১</u>	<u>২</u>	<u>৩</u>	<u>৪</u>	<u>৫</u>
90004	90003	90002	90001	90000
<u>৬</u>	<u>৭</u>	<u>৮</u>	<u>৯</u>	<u>০</u>
90009	90008	90007	90006	90005
<u>১</u>	<u>২</u>	<u>৩</u>	<u>৪</u>	<u>৫</u>
100004	100003	100002	100001	100000
<u>৬</u>	<u>৭</u>	<u>৮</u>	<u>৯</u>	<u>০</u>
100009	100008	100007	100006	100005
<u>১</u>	<u>২</u>	<u>৩</u>	<u>৪</u>	<u>৫</u>
200004	200003	200002	200001	200000

<u>ט</u>	<u>ו</u>	<u>ל</u>	<u>ס</u>	<u>ז</u>
200009	200008	200007	200006	200005
<u>ט</u>	<u>ו</u>	<u>ל</u>	<u>ס</u>	<u>ז</u>
300004	300003	300002	300001	300000
<u>ט</u>	<u>ו</u>	<u>ל</u>	<u>ס</u>	<u>ז</u>
300009	300008	300007	300006	300005
<u>ט</u>	<u>ו</u>	<u>ל</u>	<u>ס</u>	<u>ז</u>
400004	400003	400002	400001	400000
<u>ט</u>	<u>ו</u>	<u>ל</u>	<u>ס</u>	<u>ז</u>
400009	400008	400007	400006	400005
<u>ט</u>	<u>ו</u>	<u>ל</u>	<u>ס</u>	<u>ז</u>
500004	500003	500002	500001	500000
<u>ט</u>	<u>ו</u>	<u>ל</u>	<u>ס</u>	<u>ז</u>
500009	500008	500007	500006	500005
<u>ט</u>	<u>ו</u>	<u>ל</u>	<u>ס</u>	<u>ז</u>
600004	600003	600002	600001	600000
<u>ט</u>	<u>ו</u>	<u>ל</u>	<u>ס</u>	<u>ז</u>
600009	600008	600007	600006	600005
<u>ט</u>	<u>ו</u>	<u>ל</u>	<u>ס</u>	<u>ז</u>
700004	700003	700002	700001	700000
<u>ט</u>	<u>ו</u>	<u>ל</u>	<u>ס</u>	<u>ז</u>
700009	700008	700007	700006	700005

፭፻	፭፻	፭፻	፭፻	፭፻
800004	800003	800002	800001	800006
፭፻	፭፻	፭፻	፭፻	፭፻
800009	800008	800007	800006	800005
፭፻	፭፻	፭፻	፭፻	፭፻
900004	900003	900002	900001	900006
፭፻	፭፻	፭፻	፭፻	፭፻
900009	900008	900007	900006	900005
፭፻	፭፻	፭፻	፭፻	፭፻
1000004	1000003	1000002	1000001	1000006
፭፻	፭፻	፭፻	፭፻	፭፻
1000009	1000008	1000007	1000006	1000005
፭፻	፭፻	፭፻	፭፻	፭፻
2000004	2000003	2000002	2000001	2000006
፭፻	፭፻	፭፻	፭፻	፭፻
2000009	2000008	2000007	2000006	2000005
፭፻	፭፻	፭፻	፭፻	፭፻
3000004	3000003	3000002	3000001	3000006
፭፻	፭፻	፭፻	፭፻	፭፻
3000009	3000008	3000007	3000006	3000005
፭፻	፭፻	፭፻	፭፻	፭፻
4000004	4000003	4000002	4000001	4000006

¶

س

ل

و

ك

4000009 400008 4000007 4000006 4000005

Cum porro Syri varia millia myriadum significare volūt, subiiciunt ad latus duas lineolas in principio quasi concurrentes, in fine vero ab inuicem distantes sic,  & cum illis coniungūt numerum minorem significatum litteris, eo modo, quo in præcedentibus exemplis factum esse perspicitur, vt  10000001.
 10000002. Sed ponamus exempla numerorum variorum millium myriadum.


4000000


30000000


20000000


10000000


30000000


70000000


60000000


50000000


300000000


200000000


100000000


90000000


700000000


600000000


500000000


400000000


2000000000


1000000000


900000000


300000000


4000000000


3000000000

Quan-

Quando vero varia millia millium myriadum indicare volūt,
addunt duas lineolas litteris, quarum vna sit ex parte superiori,
altera vero ex parte inferiori, hac ratione; 1000000000.

2000000000. & sic deinceps.

Denique cum volunt significare partes rerum diuisarū (quas Latini vocant aliquotas) solent apponere litteris lineolam ex parte superiori, hoc modo, ; sed ut melius intelligatur, subiecta sunt etiam exempla, quæ illas indicent.

De usu litterarum Chaldaicarum in scribenda
lingua Arabica.

CAPVT VII.

H Is litteris Chaldaicis Arabes non vti per se clarum est; ipsi enim proprios habent characteres, de quibus consule Alphabetum doctissimi, peritissimiq. Ioannis Baptista Raymundi; illis tamen omnes, & soli Christiani in Orientis partibus vtuntur; rationem autem, cur potissimum characteres Syriacos idiomati Arabico applicuerint, istam esse puto. Nam cū ipsis inter infideles reperiētur, & Arabica lingua, tam Christianis.

nis, quām infidelibus esset communis; & multa sacra ad nostram fidem, Christianosq. ritus lingua prædicta, propter populum, qui illam solam nouit, scriberentur; iure excogitatū est, ut hæc, & similia Chaldaicis elementis, quorum infideles sunt insciij, exararentur. Accedit, quod in eadem lingua multa contra corum nefarios mores, fictamq. religionem scribuntur, quæ quidem si proprijs linguæ elementis conscriberentur: magnum in Oriente discrimen Christiana religio subiret. Itaque quidquid sit, illud tamen certissimum est, linguam Arabicam nunc se habere ad Chaldaicam, ut Italicam ad Latinam; & sicut Italica Latinis, sic Arabica Chaldaicis communiter a Christianis scribitur elementis; quamquam Arabica proprios (ut dictum est, habeat characteres; ex quo fit, ut non solum vtrumq. testamentum, & alij libri sacri, sed etiam Grammaticæ, dictionaria, carmina, & quamplurimia alia ceterarum facultatum opera in eadem lingua composita, litteris tamen Chaldaicis conscripta reperiantur. quare ut si quis liber ex ijs, qui præclara scientiaq. digna continent, ad nos deferatur, a nobis legi, intelligiq. possit, breuiter notanda sunt quedam, quæ ab ijs, quæ de ceteris litteris diximus, parumper aberrant. Aduertendum igitur est, tres potissimum litteras habere Arabes; quibus carent Syri; ȝ videlicet, ڻ & ڻ, ad quas supplendas tria puncta sunt excogitata; quæ tribus litteris Syriacis, scilicet, ڱ & ڣ apposita efficiunt, ut eadem habeant potestatem; nam si ponatur punctum in corpore ipsius ڱ sic, ڱ fit ڻ, quæ profertur ut G Latinum; ut supra dictum est, si autem ponatur in capite ڱ sic, ڱ fit ڻ: si vero ponatur in medio, seu corpore ipsius ڣ hoc modo, ڣ fit ڻ; quæ duæ lingua, & dentibus concurrentibus, densiori quodā sono proferuntur. Utuntur etiam Christiani iisdem vocalibus, quibus vtuntur Arabes; de quibus, quia & ad meum institutum non faciunt: & prædictus auctor doctissime de illis agit, nihil attingo.

Ex

Ex dictis, & ex ipsis libris, quisque facilis negotio cognoscere potest, quomodo prædictæ litteræ, cum simpliciter illis ad scribendum utimur connectendæ sint; & quænam in principio, & medio dictionis, quæ vero in fine sint adhibendæ. Quædam enim ex superiori parte tantum hoc modo connectuntur;

Quædam ex his ex utraque parte sciunctæ principio, medio, & fini deseruiunt, quæ sunt,

Quædam aliæ ex inferiori parte coniunctæ principio, ex utraq; medio ancillantur, fini vero nunc ex superiori parte iunctæ, nunc vero sciunctæ subduntur; vt

quāquam & cū fini seruiunt, ambas lineas ut plurimū solent habere versus sinistrā tendētes sic,

ex inferiori parte dupliciter cū coniūgitur sic vel sic, . Præterea animaduertendum est, tres potissimum litteras in alphabeto scribi solere dupliciter hoc modo, , , , quorum primæ in principio ex inferiori parte, in medio ex utraque iunctæ collocantur, vt , , . Postremæ vero soli fini modo ex superiori parte coniunctæ, modo disiunctæ, vt paulo ante de alijs dicebatur, ubique subesse cernuntur, vt , .

*De litteris, quæ in vocibus quibusdam scribuntur,
et non pronuntiantur.*

CAP. VIII.

EX prædictis litteris quasdam scriptas in nonnullis vocibus reperi, & tamen non legi, experientia, & usus ipse edocet. Primo enim , & in pronomine , eno, ego, , at, tu,

tu, **لـ** hhnan, nos, cum seruiūt præsenti ex antiquorum traditione scribuntur quidem, sed legi non assolent, vt **بـ لـ** qoreno, lego ego, **بـ بـ** qorenān, legimus nos, leguntur sine **لـ** & **وـ**; ac proinde vtrobiq; prædictæ duæ litteræ quiescent: quamquam non sum nescius multos vtlibet, & fortassis non male legere **لـ**, & **بـ** separatim, ac proinde proferre litteram **لـ**, & **وـ** in prædicto tempore; immo in carmine id sæpe fieri est necessarium, sed de his suo loco. Secundo, in huiusmodi nominibus non legitur vt **أـ لـ** ito, ecclesia. **أـ**

hhatho, nouus: licet in nomine **أـ لـ** hhdhato, noua, **هـ** legatur. Tertio, **لـ** in principio horum nominum legi non solet; **بـ مـ** hhrino, alius: **بـ مـ** hhritho, alia: **بـ مـ** hhroio, vltimus: **بـ مـ** hhroitho, vltima: **بـ مـ** hhiono, propinquus, **بـ مـ** noscio, homo: hic qui dām reuocant nomen **أـ**; rozo, mysterium: illud enim scribunt cum **لـ** ante **هـ**; hoc modo **أـ لـ**; sed reuera huiusmodi scribendi modus numquam mihi placuit; placuit tamen semper modus, quo illud scribunt doctiores quidam Maronitæ; hi enim non ponunt **لـ** in principio ante **هـ**; sed post **هـ**; & merito quidem, quia & in multis libris antiquis ita scriptum vidi; & si ita non scriberetur nulla ratione quoad scripturam differret a nomine **أـ لـ** arzo, cedrus. Quarto, **مـ** in huiusmodi nominibus non legitur, vt **أـ مـ** rumoio, Romanus: **أـ مـ** iudhoio, Iudæus; quo fit vt sæpe ab illis reiiciatur; item etiam in verbo **أـ** iau, dedit;

dedit: & similiter in verbo εζαλ, in quibusdam personis occultatur, ut cum tractabimus de verbis anomalis, & defectiuis, fuse explicabimus. Quinto, o in huiusmodi nominibus occultatur, vt ιωωκε sciudhoio, promissio, ιωωκε sciuzobo, liberatio, & in quibusdam personis masculinis numeri pluralis in præterito, & imperatiuo, cuiusmodi sunt ηερι echal, comederunt; ηερη sciuaq, reliquerūt: ηερη achul, comedite; ηερη sciuuq, relinquite, &c. sed de his cū agemus de verbo. Sexto, ~ quiescit tum in his vocibus ηελι! ethmol, heri: ηελι! mnothmol, nudius tertius: ηελι! menscel, statim, repente, ex templo; tum in affixis vt dicemus, vt ηελι! aloh, Deus meus: ηελι! men, ex me; ηεل dil, meum; tum in quibusdam personis fœmininis, numeri multitudinis, præteriti, & imperatiui, vt suo loco dicetur; verbi gratia, ηεرη sciuaq, reliquerunt illæ: ηεرە sciuuq, relinquite. Septimo, ~ quiescit in huiusmodi vocibus; vt ΙΔιا: sciato, annus; ΙΔىكى zuato, vice: ΙΔىمەن mdhito, ciuitas; ΙΔىمەن zuito, redempta: ΙΔىفەن sfito, arca, seu nauis; & quidam dant huiusmodi præceptum; quod videlicet tunc ~ quiescit, quando cadit ante L duritie affectum; & ipsam litteram ~ præcedit alia affecta, ΙΔى فەن pthohho, scilicet, a, vel ΙΔى سەن hhuoso, idest, i; quo fit vt in his ΙΔى فەن kantho, consruus, socius: ΙΔى فەن sciusciantho, lilyum, & in alijs huiusmodi proferatur, quia litteram ~ sequitur L molle; & similiiter

liter profertur, videlicet, quando antecedit illam s^osso, idest, u, vt **جَهَنَّمْ** luunto, incensum; sed valeat hoc præceptum quantum valere potest. Item quiescit & in his **جَهَنَّمْ** gaboro, gigas: **جَهَنَّمْ** ethgabar, factus est gigas, seu fortificatus est, & in hoc **جَهَنَّمْ** gheu, idest, latus, & referatur ad locum, vt **جَهَنَّمْ** al gheu tturo, supra latus mōtis. Nam cum significat latus naturale corporis, scribitur si ne **جَهَنَّمْ**. & afficitur **جَهَنَّمْ** hoc modo, **جَهَنَّمْ**: & ita inter se differunt, & sic alia generis eiusdem.

De litteris, quæ non scribuntur, & proferuntur.

C A P V T IX.

Vnt quædam litteræ, quæ licet non scribantur, in quibusdā tamen nominibus, vel necessitate metri, vel etiam sine necessitate, sed vsu quodam, proferuntur. Primo enim ista particula **جَهَنَّمْ** scito, sex, si habeat in principio vnam ex **جَهَنَّمْ** idest **و**, **ه**, aut **جَهَنَّمْ** semper legitur, ac si esset ibi **جَهَنَّمْ** affectū **جَهَنَّمْ**; idest, **جَهَنَّمْ**, vt **جَهَنَّمْ** in sex; **جَهَنَّمْ** ad sex, &c. Sine autem his accidentibus in soluta oratione legitur sine **جَهَنَّمْ**; at vero in carmine necessitate metri, non solum profertur cum **جَهَنَّمْ** in principio; sed etiam scribitur; cum vero nulla est metri necessitas sine **جَهَنَّمْ** legitur, & scribitur vt dixi; eodem plane modo se ha-

se habet **ل** idest, schēda, seu syngrapha, seu liber aliquis; & **ك** idest, forte, fortasse, quo diximus se habere **ل**; & his omnibus modis, quos diximus, prædictis vocibus vtitur sanctissimus Aphræm, linguae Syriacæ insigne decus, & longe præstantissimus poeta, cuius loca, ne sim longus, omitto. Huc accedunt plurima nomina Græca, quibus interdum additur **ل**, interdum vero reiçitur; vt sunt hæc, **س** Estephanos, vel **س** Stephanos; **ك** Estukse, elementa; vel **ك** stukse, &c. In quibusdam alijs vocibus sine vila necessitate aliquæ litteræ leguntur; & tamen non scribuntur: vt **م** mettul, propter; **ك** kul, omnis: leguntur **ك**, & **ت** ita, ac si ibi esset scriptum **و** affectum **ل** idest, u, cū tamen nō sit; & sunt alia, quæ quisque per se notare poterit.

*De litteris quibusdam, que interdum
permutantur.*

CAPVT X.

Q Voniam interdum in nonnullis vocibus concurrunt aliæ litteræ, quæ secundum propriam virtutem, uel potestatem, non ita facile, seu uenuste proferri solent; factum est, vt vna illarum aliquo modo vt alia sibi similis, proferatur. Itaque si litteram **ل** u, g, immediate sequatur **ك** molle, vel **ت** siue molle, siue asperum, quasi **ك** pronūtiatur, vt patet in his **لـلـ** gheztho, lana; **لـلـ** beztho, direptio. **جـ** zcho, vicit. **لـبـ** nezke, vincet. Et contra, littera **ك** vt **لـ** si sequatur illā **؟**, vel

asperum, vt **ه**hesdo, contumelia, opprobrium; **ه**asghi, multiplicauit, &c. Item **ه**asperum, vt **ه** quoque asperū; si sequatur **L** molle; vt **ه** regtho, desiderium; eodem modo **ه** in **ه** vt **ه** oqtho, tristitia, **ه**ezqtho, annulus; & hæc collecta sunt a quibusdā Grammaticis, qui & multa alia dicunt de ista litterarum permutatione, quæ meo iudicio tantum abest, vt sermoni decus, vt dedecus potius afferant; quo sit, vt multi hac in re eorum documenta contemnunt; hoc tamen tibi ratum, fixumq. sit; litteram quotiescumque potest facile, & sine obscoenitate secundum propriam potestatē pronunciari, nullo modo in aliam esse permutandam; quidquid alij dicant. Sin vero contra, esse permutandā, vt vides in his vocibus **ه**uhdono, recordatio. **ه**ohno, conuenit, quadrat. **ه**ehadh, commemorauit, meminit, in quibus, quia litteram **ه** sequitur **ه**, pronunciatur **ه** vt **ه**, & hoc maxime est in vsu; item in his **ه**buioio, cōsolatio. **ه**mloio, plenitudo. **ه**oiar, aer, &c. in quibus **ه** penultimum profertur vt **ه** & cet.

De litteris, per quas similes voces ab innicem differunt.

CAPVT XI.

VT nihil, quod sit necessarium, huic litterarum tractationi desit; indicandæ sunt litteræ, per quas quoad scripturā voces

quiescere, vel occultari; vt supra dictū est; colligitur etiam prædicta, & similia vocabula per vocales posse differre; quo fit, vt a multis multa ex illis sine prædictis litteris scribantur; vt u, g.
 ||| cum حَمْدُهُ supra ||| etiamsi non scribatur cum |
 post ||| vt multi non scribunt, differt a ||| cum حَمْدُهُ; su-
 pra eandem litteram; & hæc de litteris.

De vocalibus.

CAP. XII.

A Ntequam quicquam de vocalibus attingā, suppono omnes litteras Chaldaicas, de quibus hactenus, esse consonantes; quia vocalis illa dicitur, quæ per se sonat, & per se determinata est ad vnum sonum. Hoc autē litteris Chaldaicis non quadrat, sed iuxta varias, quæ illis adiunguntur, vocales, vario modo sonant; quare hac in re mihi nō placet id, quod docet David Pauli filius, qui diuidit litteras Chaldaicas in قُلْمَنْدَهُ qolonoiotho, idest, vocales, & مُلْلَهُ dlo qolo, scilicet in eas, quæ sunt sine voce, & declarans, quare dicantur vocales subdit.

فَتَلَّا مَدْعَذَلَهُ : مُلْلَهُ هَنْمَهُ لَسْجَبَاهُ دَهْمَلَهُ
 valhen menhen dhonen mettul methqarion dhen qolonoiotho
 bsciumloio lhhaurothhen sniqon ulo : msciamlion qole
 وَقَهْدَهُ بِفَتَلَّا وَمَدْعَذَلَهُ : الْلَّهُ سَيْرَا مَهْدَهُ
 menoh menhen hhdho hhdho elo : dhlhen dhqole danqosiotho
 uloh

GRAMM. CHALDAICÆ

32

Idest, **مَدْخَلًا لِّلْحُكْمِ** : **مَدْخَلًا** .

dhiloh

Isulabi

mesciamlio

vlch

Vocales autem vocantur, quoniam ipsæ ex se, & sibi voces perficiunt: & non sunt egentes sociabus suis in completione pulsantium vocum suarum, sed una una, idest, unaquæque ex illis ex se, & sibi, seu per se complet, seu perficit syllabam suam: quæ quidem licet uera sint; ad illius tamen rem nihil plane faciunt; nam ut dictum est, nulla littera est in nostra lingua, quæ ex se, & per se sine ullo adiumento alicuius uocalis sonare possit; immo omnes sunt indifferentes, & sonum uocalis sibi additæ sequuntur; nam si litteræ **أ** addatur **مَدْخَلًا** fit a, si uero **مَدْخَلًا** fit o. & sic uarios, prout uarijs afficitur uocalibus, recipit sonos. Item explicans, cur dicantur sine uoce: sic ait.

مَدْخَلًا لِّلْحُكْمِ **مَدْخَلًا** **مَدْخَلًا** **مَدْخَلًا**

mescikhken dlo al qolo dlo dmethqarion den holen

مَدْخَلًا **مَدْخَلًا** **مَدْخَلًا** **مَدْخَلًا**

qolonoiotho ach qole unoth lamsciamlio balhudhaihen

idest, Illa autem quæ uocantur sine uoce: quoniam non possunt solæ perficere uoces sicut uocales. Nec etiam mihi placet id, quod docet auctor Grammaticæ Chaldaicæ sermone Arabico declaratæ, & quidā alij, qui diuidunt etiam litteras in **مَدْخَلًا**

qolonoiotho, uocales: & in **مَدْخَلًا** scialiotho, quiescentes. illas dicunt esse, quibus semper incipimus cum motione, & tres

enumerant **أ** **ه** **و**; has uero, quibus sine motione; & sunt ceteræ litteræ, non placet inquam, quia hoc satis non est ad constituantem uocalem eo modo, quo sumitur a Grammaticis, ut ex dictis

ex dictis perspicuum est; deinde vel intelligit cū vocali, seu motione inchoari, quando ipsæ pronunciantur, vel quando profertuntur voces, in quibus sunt. Si primum, non solum illæ, sed etiam **و**, **ي**, &c. erunt vocales; siquidem ab his quoque elementis quando ea proferimus, cū vocali incipimus. Si secundū, constat esse falsum; quia s̄æpe in quamplurimis vocibus ab illis fine **الى** motione incipimus: ut patet in his **هـ** hhrino, alias. **هـ** hhiono, propinquus, affinis. **هـ** **هـ** hhroio, vlimus. **هـ** **هـ** vqom, & stetit. **هـ** **هـ** viulfono, & doctrina. **هـ** **هـ** vsciarko, & reliquum, seu & cætera.

Præterea fac ab illis cum vocali semper inchoari, nihilominus non sunt vocales appellandæ eo modo, quo vocalis nomen usurpatur a Grammaticis; vocalis enim hoc modo sumpta debet habere suam vocem, seu sonum ab alijs distinctum, vt a, est sono distinctum ab e, quod quidem nec alijs, nec his tribus litteris conuenit; ipsæ enim ab illius vocalis, qua afficiuntur, sono determinantur, vt diximus; nam si **هـ** afficiatur **هـ** habebit eius sonum, vt **هـ** ialdo, puer, infans; similiter etiam si afficiatur **هـ**, vel **هـ**, vt **هـ** **هـ** ioludho, genitor. **هـ** **هـ** ilidho, genitus; & sic de alijs. His igitur positis, cum hæ Chaldaeorum litteræ in libris omni plane vocali destitutæ depingentur; ipsæq. per se sine vocalium adminiculo sonare non possent (vnde merito a Latinis ob id dictæ sunt consonantes) non parua in legendō erat difficultas. quamobrem nostri doctores ne nostra lingua propter legendi difficultatem paulatim periret, posteritati, linguæq. conseruandæ prouidentes excogitauit quasdam notas vocalium vicem gerentes, vt si illis litteræ prædictæ afficerentur, nullus plane in legēdo difficultati remaneret

meret locūs, quæ quidem vocales ut cognoscantur.

Notandum est primo, vocales a Chaldais propter varia, quibus funguntur, munera, varijs nominibus nuncupari; nuncupantur enim **بُؤْي** zauee, idest, motus, seu motiones, quod videlicet per eas consonantes moueantur, vel certe, quia ipsæ nullo addito per se sonent, ac moueatur; vocantur **لَهُدُّ** nqofciotho, idest, pulsantes, vel quod ipsæ per se pulsent, vel certe quod consonantes illis affectæ, statim pulsum, sonumq. emittant. nominantur **مَقْتِنْ** siome, idest, positiones, quod litteris ponantur. interdum appellantur **مَقْتِنْ** nuqze, idest, puncta, quod ipsæ punctis etiam (ut dicemus) designentur.

Nota secundo, de numero harum vocalium non paruam esse inter nostros Grammaticos controuersiam; Nonnulli enim vt Elias, in sua Grāmatica septem enumerat; **أَفْتَنْ** zqifotho, sublatæ. **أَفْتَنْ** ruissotho, pressæ, seu calcatæ. **أَفْتَنْ** ف pthihhoho, apertæ. **أَفْتَنْ** دَقْدَحْ daqdhom masqotho, quæ ante ascendentes. **أَفْتَنْ** دَقْدَحْ daqdhom ruihhotho, quæ ante dilatatas. **أَفْتَنْ** دَقْدَحْ daqdhom alifsotho, quæ ante coactas. **أَفْتَنْ** دَقْدَحْ daqdhom hhuifsotho, quæ ante compressas, seu constrictas; per ante ascendentes autem intelligit (vt ipsem explicat) duo pūcta paruula sub littera ad latus hoc modo scripta, ـ، quas alij appellant, vt dicetur, **مَحْرَكْ** hhuocco kario, frictionem breuem: per ante dilatatas, quas alij appellant **أَسْوَقْ** asoqo, ascensionem, vel **أَرْجَأْ**

ossesso kario, compressionem breuem, intelligit
 vnum punctum supra o hoc modo appositum o; per ante
 demum coactas, significat punctum infra o ad latus sic subdivi-
 tum o, quas alij simpliciter appellat ossesso
 aricho, compressionem longam, seu u longum, vel
 omoqo, profunditatem: quod videlicet aliquanto profundius
 proferatur; reliqua mox declarabimus. Nonnulli alij vt David
 Pauli filius sex statuunt, scilicet zqofo, sublatio.
 pthohho, apertio. zlomo, flexus, seu curuatio. i.
 hhuosso, strictio. afoqo, ascensio. omoqo,
 profunditas. Alij denique communiter quinque tantum am-
 plectuntur, nimirum pthohho, zqofo, ruosso,
 hhuosso, ossesso. Quorum significa-
 tio, & potestas in tabella subiecta reperitur. Nos autem quo-
 niam cætera omnia, quæ his quinque ab alijs addūtur, arbitra-
 mur, vel non esse distincta, vel ad legendum, ad quod vocales
 sunt potissimum institutæ, non esse necessaria, quinque tan-
 tum postrema tāquam ad legendum perutilia, ac necessaria a
 communi via non recedentes agnoscimus, & amplectimur.
 Sciendum tamen est, sicut apud Latinos quælibet vocalis est
 duplex, breuis videlicet, & longa; sic apud Chaldaeos, non ta-
 men quælibet, sed tres ultimas tantum esse duplices, breues scili-
 cet, & longas, de quarum dimensione (Deo fauente) suo loco
 tractabimus. Hæ autem quinque vocales non solum notis qui-
 busdam, & signis, vel (vt melius dicam) litteris quibusdam a
 Græcis sumptis, sed etiam punctis paruulis ad scribentis com-
 modi.

moditatē fieri consuecant. Nam si duo pūcta vnum supra,
alterum vero infra litteram, constituantur sic **♪** fit ba, si ve-
ro supra litteram, vnum supra alterum collocentur, ita tamen
vt dexterum altius emineat, sinistrum vero directe subjiciatur
sic **♪** fit bo: si deinde vnum apud alium æqualiter sicut scire
Hebraicum, sub littera ponantur sic **♪** fit be, cum e loægo;
si vero vnum eorum ad partem dexteram tendat sic **♪** fit be,
cum e breui, vt quidam facere solent: si postea eodem plane mo-
do disponantur sub littera, quo supra litteram cum efficiunt o,
sic **♪** fit bi, cum i breui; si vero ponatur vnum punctum tan-
tum sub **♪** sic **♪** fit bi, cum i longo; si denique vnum pun-
ctum litteræ **o** subdatur sic, **♪** fit bu, cum v longo; si vero
eidem litteræ ex superiori parte apponatur sic **♪** fit bu, cum
u breui. Sed vt melius adhuc vocales intelligantur, proponam
tabellam, in qua earum figura, potestas, nomina, ac significa-
tiones indicantur.

¶ vel . ilongū حـ vel حـ مـ حـ hhuosso aricho
ideft,strictio,quia strictione quadam dentium exprimitur.

¶ vel . o, vt حـ vel حـ حـ zqofo.

ideft,sublatio,quasi sublationi sono , sublatisque labris effertur.

¶ vel . v breue حـ vel حـ حـ حـ حـ offosso kario.

¶ vel . v longū حـ vel حـ حـ حـ حـ offosso aricho.
ideft,compressio , seu coarctatio , quia videlicet aliquantulum
coarctatis,collectisq. labijs pronunciatur .

Ex dictis , & ex proposita tabella colligi potest primo notas
illas,tam breuibus,quam longis vocalibus esse communes ; pū-
cta vero non item ; quamuis multi etiam scriptores puncta illa
bina paruula faciant esse communia ; & e,tam longo,quam bre-
ui duo illa puncta , quæ a nonnullis diximus , e longo attribui ,
attribuant ; cætera,quæ ab ijsdem , e, breui atributa sunt, conte-
mnant ; & reuera nunc ita fieri solet. Illas autem notas, vt supra
indicaui, puto esse vocales Græcorum parumper variatas , lin-
guæq. nostræ,a nostris doctoribus applicatas. Secundo, longi-
tudinem,vel breuitatem syllabarum nō tam ad legendum, quā
ad perfectionem ipsius linguae, apud nos facere,vt in arte metri-
ca dicetur: quare si quis eam nesciret,in legendo non erraret, vt
patet in quamplurimis Chaldæis, qui optime legunt, & tamen
longitudinem , syllabarumq. breuitatem ignorant , quod non
accidit apud Latinos.

Nota sexto, Doctores Chaldæos, puerorum, tyronumq. me-
moriæ cōsulentes,quædam patrum veteris testamenti tāquam
nota imposuisse nomina , quæ ab illis ijsdem vocalibus, quibus
sunt imposta, incipient: videlicet, ¶ appellatur حـ حـ حـ حـ حـ حـ
Abro-

GRAMM. CHALDAICÆ

38

Abrohom. ۷، Esciaia. ۸، Ishhoc. ۹،

Odom, scilicet Adam; cuius principium apud nos incipit ab o.

Vria. Quo fit, vt nunc communiter quotiescumq.

de vocalibus sermo habetur, ista nomina pro ipsis vocalibus sumantur. & hæc breuiter de vocalibus. Sed fortassis extra rem non erit, si breuem aliquem psalmum hic subijcam, ut quisque cognoscendo litterarum connexionem, vocaliumq. potestate melius discernendo, se aliquo modo in legendo exercere possit.

Psalms CXVI.

emuotho kulhen sciauhhoi : ame chulchun lmorio sciabahh
Laudate Dominum omnes populi : laudate eum omnes gentes.

Iolam moriau sciariroith : ttaibutheh elain descinath mettul
Quoniam inualuit , seu roborata est super nos gratia eius , vere
Dominus est in sæculum .

*De lineola, que sub quibusdam litteris scripta
reperitur.*

C A P. XIII.

Sciendum est, non raro in libris, sub nonnullis litteris partium orationis ad latus quandam lineolam hoc modo scriptam reperiri, in quam quotiescumque offendes, scito eam indicare.

indicare consonantem illam, sub qua cernitur, vel omni vocali esse destitutam, vel omnino occultari, nisi tamen linea, quæ **ل** dicitur, de qua cap. sequenti, fungatur officio. Primū frequentissimum est in secunda persona passiva modi imperati ui, vt **أَنْتَ** escitauq; relinquere. **أَنْتَ** ethbattn, cōcipere. Vbi lineola prædicto modo subiecta litteras **ك**, & **م** quiescere significat; & hoc fit, vt modus imperatiuus a præterito distinguitur: nam illa eadē littera, quæ in imperatiuo quiescit, vocaliq. caret, in præterito mouetur, vocalemq. possidet. Sed de hoc in tractatione de verbo. Secundum, in multis vocibus non semel cernitur, vt in his **أَنْتَ** noscio, homo, **أَنْتَ** chadh, mentionem fecit, meminit, &c. Et in pronomine primæ personæ singularis, quod præsenti tempori, & alijs nominibus subiicitur; & tunc habet etiam punctum sub **ك** sic **أَنْتَ** scioueqno, relinququo ego. **أَنْتَ** thchilno, confidens ego: quamquam cum hoc modo construitur cum alijs nominibus interdum significare potest, sum; vt illud **أَنْتَ** **أَنْتَ** enono, ego sum, vt alibi dicemus; habet etiam punctum, vt differat a seipso quando non subditur, ita vt **ك**, quod habet occultetur: siquidem cum non subditur habet punctum ante **ك**, & nullam habet virgulam, vt **أَنْتَ** **أَنْتَ** eno fersceth, ego separavi; & eodem modo in hac particula **ك** u, est, cum in fine nominum ponitur, vt **أَنْتَ** **أَنْتَ** ttouu, bonus est, vt suo loco fusius dicemus. Item in alijs vocibus, vt **أَنْتَ** bath, filia. **أَنْتَ** attho, mulier.

mulier. **אַלְזָת** ezath, iuit, & in cæteris, quæ passim reperiuntur. Aliquando ista virgula est signum differentiæ, vt in **וֹלֵד** id est, o, quod per eam differt ab **וֹלֵא** au, id est, aut, &c. Interdum si ante voces paulo maior ponatur, significat illas voces esse imminutas, id est, non esse perfecte cum omnibus suis elementis scriptas; quemadmodum etiam apud Latinos accidit; vt **هَلْوَى** id est **هَلْوَى** qadiscio, sanctus. **هَلْوَى** id est **الْمَدْحُور** tescibuhhtho, gloria, vel hymnus, & ceterum.

*De quadam alia lineola, quæ dicitur **لِلْوَادِي**,*
وَالْمَدْحُور

CAPVT XIV.

Notandum est primo, in libris præsertim remotiorū Orientium non semel reperiri quandam lineolam illi, de qua nunc dictum est persimilem, quæ quidem iuxta duplēm, in quo ponitur, locū, & duplex, quo fungitur, munus; duplex quoque nomen sibi inditum habet: nam cum infra litteram ad latum ponitur, significat litteram illam meditatione quadam, tarditateq. legi; quo fit vt **لِلْوَادِي** id est, meditari faciens, appelletur; cum vero supra litteram constituitur, indicat ipsam litteram cursu quodam, velocitateq. legi; vnde tunc nuncupari solet **الْمَدْحُور** id est, currere faciens; de qua linea mentionē fecerunt tum multi Grammatici, tum præsertim Dauid Pauli filius; & auctor Grammaticæ Arabicæ sermone explicatae. Sed vt melius intelligatur quando huiusmodi linea adhiberi soleat.

Notan-

Notandum est secundo, tunc adhiberi, cum in aliqua voce duæ simul concurrunt litteræ quiescētes, omni plane vocali deſtitutæ, quarum prolatio, quia interdum moleſta, & aliquantulum grauis eſſe ſolet; quidam Orientales huic incommodo mederi volentes, prædictam excogitarunt lineam, quæ varijs in locis conſtituta nobis indicaret interdum priorem litteram quiescentium cum motione, interdum ambas ſine vlla motione eſſe proferendas: in cuius quidem linea loco, & munere aſsignando, ſicut omnes fere conſentiant: ita in ea adhibenda, vt modo cum vocali, ſeu motione, modo ſine vlla vocali, prædictas litteras quiescentes legendas eſſe ſignificet, non parum inter ſe diſentiunt. Quidam enī aiunt tunc priorem prædictarum litterarum moueri per lineam, quæ dicitur , quando illā ſequitur vna quiescens ex his quinque     , vt   mſciamelio, perfectus, compleatus.    dehheltho, timor.   mhaiemno, fidelis.    mdenhho, oriens.  maghenio, lectus, vel locus, in quo quis iacet.   matteiono, ſeduſtor.   mabedo, lōginquus, remotus, distans.   maqerbono, bellator.   mramermono, exaltator. Alij his quinque addunt  , vt  manehro, illuminatus.   temhehun, stupor illorum. Alij addunt  , vt   deuhhtho, hostia, ſeu ſacrificium. Alij denique licet concedant litteram  in nomine prædicto, a numero tamen prædictarū

illam reijciunt; & illis addunt ١٥٠, vt مَدْحَبْخَتْ mabe-
scion, malefaciunt. مَتَّبُونْ mattebon, benefaciunt. مَمْنُونْ
mareuiono, inebrians. مَهِيَّا ethidhaa, cognitus est, & cæt.
Sed reuera ۷ in hoc vltimo verbo est motum ex sua natura.
Quando autem non concurrit vna ex prædictis: tunc dicunt singuli iuxta propriam opinionē vtramq; litteram esse afficiendā
linea, quæ dicitur مَلْكَوْهَ, vt مَدْحَبْخَهَ madhbhhho, altare.

مَقْدِسَهَ maqdhsio, sanctuariū. مَدْهَقَهَ zedhqtho, elemo-
sina. مَأْوَى ezqtho, annulus. مَلْتَهَ behttho, confusio.
مَدْهَقَهَ qudhscihun, sanctitas corū. مَالْكَهَ malktho, re-
gina. مَهْلَكَهَ ethquar, sepultus est. مَعْجَفَهَ nesciuqun,
relinquent. مَهْلَكَهَ nehhttun, rapient. مَهْلَكَهَ neqdhr-
mun, præcedent, & cæt.

Notandum est tertio, verba primi generis coniugationum, in
futuro fæminino plurali: & tertiae, & quartæ speciei secundi ge-
neris in futuro plurali, tam masculini, quam fœminini gene-
ris, solita habere duas litteras quiescentes, quarum primæ
a quibusdam subijci solet مَهْلَكَهَ, hoc modo مَهْلَكَهَ ne-
uanion, ædificabunt illæ. مَهْلَكَهَ nefarscion, separabūt illæ.

مَهْلَكَهَ nefarsciun, separabunt illi. مَهْلَكَهَ neuattnon, cō-
cipient illæ. مَهْلَكَهَ neuattnun, concipient illi, & cætera.

Scienc-

Sciendum deinde est, **لُّوْحَه** cum vocibus accidit, vim ha-
bere solitum, vel vocalis **نَعْدَه**, vt **لَعْدَه** neqebtho, fœmina.
لَعْدَه sciarebtho, generatio. **لَعْدَه** hhechemtho, sapi-
tia; vel vocalis **نَعْدَه**, vt **لَعْدَه** eraqtho, corrigia. **لَعْدَه**
 olaqtho, hirudo: & constat ex alijs vocibus, quas supra posui-
 mus. **لَعْدَه** autem nullam (vt diximus) ponit vocalem;
 Et hæc sunt, quæ de hac re, varij docent Grammatici. Ego vero
 si meam tamen licet interponere sentētiā, existimo in carmi-
 ne quidem, pro metri necessitate, interdum priori litterarum
 quiescentiū subdi **لَعْدَه**; interdum vero apponi **لَعْدَه**:
 in soluta vero oratione, nisi difficilis admodum, ac grauis obstet
 prolatio, fere illi **لَعْدَه** apponi, seu cursu quodam, & sine
 ylla motione utramque proferri: sed ne id gratis asserere videa-
 mur, adducamus quædam poetarum testimonia ex quam-
 plurimis, quæ afferri possunt huic rei fauentia. Itaque supra
 dicebatur vox duas litteras quiescētes habens, si illarum poste-
 rior est **لَعْدَه**, supra priorem habere **لَعْدَه**, seu aliquam
 vocalem ex prædictis. Et patet in his carminibus, quæ haben-
 tur in poemate quodam de solitudine, & separatione eorū, qui
 desertum incolunt, a mundo.

Quam enim odiosa scien- { **لَعْدَه** } **لَعْدَه** **لَعْدَه** **لَعْدَه**
 tia, **لَعْدَه** **لَعْدَه** **لَعْدَه** **لَعْدَه**

idhatho sanjo gher kno

GRAMM. CHALDAICÆ

44

Quæ possidetur per ca- { حَمِيْ مَلْفُوْدَه }
sum, mapulto viadh dimethqanio

Et beatitudo illi, qui non { حَمِيْ بَلْهَه }
vidit sapientiam, hhechetho hhzo dlo lmau vttuu

Quæ post thesaurum, qui { حَمِيْ سَعْدَه }
eruptus est. deth hhalfath simtho duothar

Et ibidem:

Illa virtus, cui facile est { حَمِيْ لَهْ كَلْهَه }
illi omne, kul leh dhadhlil hhailo hau

Ipsamet dat potentiam, { حَمِيْ دَهْ كَهْ دَهْ }
seu fortitudinem, hhuiolo ioheu huiu

Virtus, quæ ordinavit ip- { حَمِيْ لَهْ دَهْ }
sum certamen laghuno dhettakseh hhailo

Ante mortales in sapien- { حَمِيْ مَهْ كَهْ }
tia sua, &c. vhhechemtheh moiuthe qdhom

In quibus carminibus utrobique vox { حَمِيْ كَهْ } , habet infra
litteram ئ , quæ præcedit ئ , ئ idest, vocalem
ئ . At vero Orientis lumen Aphræm eandem litteram in ea-
dem voce afficit ئ ، idest, cursu quodam, & sineylla
vocali

vocali legit, vt in carmine illo celebri de amore scientia.

Melior est sapientia ar-
mis,

{ : مَلِيْمَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ
zaino men hlechimtho ttouoi

Et doctrina mammona,
seu diuitijs.

{ : مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ
momuno men viulfono

Et melior est puer, qui
puer est & sapiens,

{ : مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ
vphakim dhattle ttalio vttou

Rege sene stulto.

{ : مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ
sachlo souo malko men

Item supra dictum est, futurum primi generis coniugationum,
& tertiae, & quartae speciei secundi generis, affici مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ، &
tamen apud sanctissimum Aphræm, & alios, afficitur مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ،
vt in eodem carmine.

Sint vera verba tua,

{ : مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ
melaik sciariron nehuion

Vt sis amatus cuilibet, vel
supra omnem hominem

{ : مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ
kulnosc al rhimo dthehue

Et etiam longinqui, seu
distates, & propinqui,

{ : مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ
vqariue rahhiqe vof

Erunt orantes pro vita
tua.

{ : مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ مَهْ لَهْ
hhaiak al mssalen nehuun

Rursus

Rursus ea, quæ supra dictum est habere **לְבָנָה**, in carmine habent **לְבָנָה**: ut patet in quodam sermone de solitarijs versus finem.

Veniunt illis yestes glo-

לְמַחֲנֵה נִשְׁתָּן וְלֹא לְאֶתְּנָה
sciuuhho nahltai lhun othen

Pro cilicijs, quæ induiti erant,

וְלֹא דְלֻיְסִין בְּשָׂמָךְ
vau dhaluiscin saqe hhlof

Et datur illis annulus,

לְמַעַת וְלֹא לְמַתְּהִיאָה
cezeqho lhun vmethiahbo

Pro autem vinculis, quæ in manibus eorum, &c.

דְּהִיעָדָה הַתְּמִימָה בְּשָׂמָךְ
dhuidhaihun futtme den hhlof

Et multa alia pro hac re afferri possunt, quæ breuitatis causa omitto. Vnde colligas licet non tantam, quantam variæ indicat opiniones, esse difficultatem; quoties enim ut dictum est, vel propter metri necessitatem, vel pronunciationis difficultatem,

לְבָנָה litteram afficere quis cogit, afficiat: si vero nullū horum accidat, illi **לְבָנָה** apponat.

Nota quarto, interdum poetas metro coactos ut etiam **לְבָנָה** modo explicato, quando duæ concurrunt litteræ quiescentes, quarū prior sit in fine præcedentis dictionis, posterior vero in principio sequētis, ut illud eloquētissimi Aphræm.

Sine dono tuo,

דְּמָעוּה אַתְּ חָכָם?
dmauhauthocn belodhehe

Laxa-

Laxata, seu dissoluta est {
multū libertas nostra. hhiruthan saghi rafioi

Et in quodam sermone de vanitate, & via iustitiae, hæc habentur carmina.

Præceptum Domini ele- {
ctum est, gueu dmorio paqdonche

Et illuminat oculos men- {
tis, dhtharitho ainc vmanhar

Et gaudet in charitate {
Dei, dhaloho vhhubo vhchodhio

Et lucet in luce gratiæ. {
dhttaibutho vnuhro vnöhro

Vbi vides { in prioribus carminibus S. Aphræm, &

{ in posterioribus propter metrum habere litteram

{ in fine { affectam.

De punctis numeri multitudinis, tam in nominibus,
quam in verbis.

C A P. XV.

Pvncta quatenus sunt numeri multitudinis signa, duobus
potissimum nominibus a nostris communiter appellari con-
fuescant

suescunt. Primo **مَسْتَقْلَة** siome, idest, positiones, quia videlicet vocibus multitudinis apponuntur, ut supra etiam dictum est de vocalibus, quo nomine in hoc sensu vtitur Ioannes quidam Syrus agens de hac re. Secundo **مَسْتَقْلَة** nuqze, idest, puncta: quo nomine fere omnes vtuntur cum de hac re tractat. Interdum appellantur etiam **مَسْتَقْلَة** ttufe, idest, guttæ, ut ab auctore Grammaticæ sermone Arabico explicatae. Puncta igitur numeri pluralis sunt duo tatum, quæ ad superiorem vocis partem quodam ordine, ac proportione tamquam quædam gemina æque sese respicientia apponuntur, ut videre potes in hoc nomine **كُثُوْرَة** kthoue, libri: & in hoc verbo **رَحْمَة** scialem, perfecerunt mulieres. Sciendum tamen est, cū huiusmodi puncta vocibus numeri multitudinis ; habentibus apponuntur; tunc vnum solum punctum ponit eodem ordine, & situ cum pucto ipsius litteræ ; , vt in his patet vocibus **رَحْمَة** rahhme, misericordia. **فَنْدَلْه** amarunt fæminæ, in quibus punctum primum, & distinguit litteram, & gerit vicem alterius puncti, quod ad numerum pluralem significandum concurrere deberet. Quod si aliquando tria puncta ante voces ad latus posita certantur, tunc tertium illud punctum, vel supplet vicem alicuius vocalis, vel alicuius alterius rei (vt patebit ex ijs, quæ dicemus) est signum. Hæc autem gemina puncta ponuntur omnibus vocibus numeri pluralis, tam nominum vtriusq; generis, quam verborum generis fæminini: verba enim masculini generis huiusmodi puncta non suscipiunt. Aduertendum hic est, quod licet in genere id, quod diximus, verissimum sit, excipiuntur tamen quædam voces, quæ vel sunt numeri multitudinis, vel certe sunt coniuncta cum affixis eiusdem numeri. Primo enim nomina pluralis numeri in **ك** in, cum **ك**, vel **ك**, si verbum scilicet

scilicet **enun**, vel **ithaihun**, idest, sunt, virtute contineant, non habent puncta; cuiusmodi sunt verba nominum, de quibus suo loco, ut in Psal. XVIII. iuxta Chaldaeos, XVII. iuxta Latinos:

Et adiuuat omnes, qui sperantes, seu cōfidentes in eo, seu supra eū. { alau dathchilin Ichul vamadar

Et Psal. iuxta Chaldæos XIX. iuxta Latinos XVIII.

Præcepta Domini re-
cta sunt. { trissin dmorio puqdonau

Et ibidem paulo post:

Et iusta in omni re, & desiderabiliora { **وَحْيَةٌ** **بَشْلَمِدَمْ**: **وَحْيَنَى**
 varghighin bchulmedem ychinia

Et dulciora melle, & 
fauo.

In quibus locis, licet voces  tchilin, confidentes.

فَصَلَّى trissin, recta. خَانِجَةٌ kinin, iusta. فَرْغَيْهِنْ rghighin,
G deside-

desiderabiliora. **هـلـنـ** hhlen, dulciora, sint numeri multitudinē
dinis, sine tamen pūctis a doctoribus scribuntur, quia in eis in-
telligitur virtute cōtineri **عـنـ** enun, vel **يـهـلـهـ** ithai-
hun, quæ cum sint verba quædam, genus masculinū referentia,
scribuntur sine pūctis, tum ipsa, tum nomina, in quibus virtute
contineri intelliguntur, vt dictum est.

Sivero non contineant verbum, habent puncta ut alia. Item
numeralia quidā scriptores, si sint masculina, scribunt sine pū-
ctis, vt **لـلـلـ** tloho, tres. **لـلـلـلـ** arboo, quatuor, &cæt.

Si vero sint fœminina, cum pūctis, vt **لـلـلـ** tloth, tres. **لـلـلـلـ**
tarten, d. æ. **لـلـلـلـ** arbaa, quatuor. &c. Alij vero fortassis me-
lius omnia, siue sint masculina siue fœminina, exceptis tamē ijs
fœmininis, quæ penultimam **هـ**, **هـ** affectam habent, sine pū-
ctis scribunt, vt **لـلـلـ** tren, duo. **لـلـلـلـ** tarten, duæ, &c.

Cum vero affixa recipiunt, omnes fere boni scriptores cum pū-
ctis illa scribunt, vt **لـلـلـ** train, nos duo. **لـلـلـلـ** traikun,
vos duo. **لـلـلـلـ** traiken, vos duæ. **لـلـلـلـ** tlothain, nos tres.

لـلـلـلـ tlohaicū, vos tres mares. **لـلـلـلـ** tlohaiken,
vos tres fœminæ : quorū singula suo loco fusius explicabimus.
Huc spectare possunt præpositiones, quæ quidē, si recipiat affi-
xa more nominū pluriū habent puncta, vt **مـهـوـفـتـ** hhdhorai,

circa me. **مـهـوـفـتـ** hhdhoraik, circa te. **لـلـلـلـلـ** belo-
dhaihun, sine illis, &c. Excipe tamen **لـلـلـلـلـ** qdomai-
hun,

hun, ante eos. **وَلَمْ** thhuthaihū, infra eos. **وَلَمْ**
 ttubaihun, beatitudo illis: quamquam hoc tertium, non tā est
 præpositio, quam nomen; quod cum sit singularis numeri, affi-
 xa more nominum numeri multitudinis recipit. **وَلَمْ**
 tu tantum, quidam cum punctis, quidam sine, scribunt. Si vero
 recipient affixa more nominum singularium, puncta non ad-
 mittunt, vt **وَلَمْ** amhun, cum illis. **لَهُ** luothan,
 apud nos. **وَلَمْ** beh, in eo, &c. de quibus suo loco.

De punctis, tempora, personasq. indicantibus.

CAPVT XVI.

SVnt etiam puncta, quæ verborum tempora, ac personas in-
 dicent. Præteritum enim petit punctum verbo ad latus su-
 biectum, vt **لَمْ** sciro, soluit. **فَرِقَ** fraq, saluauit. **فَرِقَ**
 hhaui, ostendit. **لَمْ** malel, locutus est, &c. Idem eodem mo-
 do positum, petūt personæ huius temporis: excepta tamen pri-
 ma persona singularis, quæ vult idem pūctum ex superiori par-
 te positum hoc modo **لَمْ** scirith, solui. **لَمْ** ferqeth,
 saluauit. **لَمْ** hhauith, ostendi. **لَمْ** malleth, locutus
 sum. Tertia porro persona numeri singularis generis fœminini
 in præterito apud remotiores Orientales habet duo puncta in-
 fra penultimā litterā **L** hoc modo **لَسْ** sciroth, soluit illa.
لَسْ sciupath, reliquit illa, &c. Apud propinquiores vero

vnum punctum ante **L** hoc pacto, **لِمْبَرْ** emrath, dixit.
لِكْلِمْ ielfath, didicit. **لِبْنَه** bnoth, ædificauit: quæ puncta
 apud vtrosq. genus fœmininum designant. Præsens vero fere
 ex parte superiori pūctum petit, vt **لِخَلْ** bone, ædificat. **لِفْ**
 poreq, saluat. **لِغْزْ** mfasce, liberat. **لِدَنْتَه** mnahar, diluci-
 dat. **لِدَنْه** manhar, illuminat. **لِمَنْ** omar, dicit. **لِمْ**
 ioledh, parit. Sed reuera punctum in præsenti fere semper ali-
 quam etiam vocalem designat; in primo enim secūdo, & quin-
 to genere coniugationum significat litteram illam, supra quam
 possum est legi cum **ل**: in tertio vero, & prima specie quarti
 cum **ل**, vt in propositis verbis perspicitur; quo fit vt secunda
 species quarti generis, quia punctum ex superiori parte illi po-
 situm, nullam vocalem designat, illud sibi subiectum habere so-
 leat, vt in præterito, & tunc vocalis **ل** est signum, vt **لِلِهِ**
 mscigh, lauat. **لِمَنْه** mrim, extollit, &c. Futurum postea pe-
 tit punctum ad latus verbo subiectum, sicut in præterito, vt
لِلِهِ nechul, comedet. **لِمَه** nehhasc, patietur, & sic in
 cæteris personis, excepta tamen prima persona, quæ idem pun-
 ctum recipit ex parte superiori penes caput sic **لِمَنْ** equusc,
 pulsabo. **لِمَنْ** esciabahh, laudabo, &c.

Postremo imperatiuus, & infinitiuus fere habent punctum
 eodem plane modo, quo præteritū, vt **لِمَنْ** sciabahh, lauda,
 lam-

لَمْ يُحْكِمْ lamsciabohhu, laudare. **يُنْهَا** emar, dic, dico.

لَمْ يُحْكِمْ Imimar, dicere, &c. Hæc, quæ breuiter diximus, multi scriptores confundunt, & regulas Grammaticas difficiles reddunt, ideo obseruanda sunt, vt confusionem, & difficultatem fugiamus.

*De ceteris punctis, qua passim vocibus, nunc
apposita, nunc subiecta ad latus
cernuntur.*

C A P. XVII.

PRæter hæc, quæ diximus, reperiuntur frequenter puncta quædam ad latus supra, & infra voces, quæ potius casu, quam arte ponи videntur: quo fit vt a multis ignorentur: sed nō sine arte; nam vel ponuntur vt distinguant voces similes, vt **|بِي** idho, manus, quæ habet punctū infra **ـ**, ab **|نِي** aidho, idest, quæ: quæ habet punctum supra **ـ**: codem modo **وِي** hu, ipse, a **هِي** hau, ille: **بِي** hi, ipsa, a **هِي** hoi, illa. **|أَنْهِي** sciēho, somnus, a **|أَنْهِي** sciato, annus: itē **|أَنْهِي** hhdhato, noua, a **|أَنْهِي** hhatho, nouus, &c. vel vt suppleat vicem vocalis, vt patet ex dictis: nam si ponatur punctum sub **ـ** vel **|**, significat **مَدْحُوا**, vt **مَدْحُوا** sciuihho, laudatus. **فَرِيقا** friqo, saluatus. **مَلِحَّه** scilihho, missus. **مَلِحَّه** mnihono,

pla-

placans. **مَدْعِيٌّ مُكْتَبًا** mchimono, constituens. **حَلْبًا** kino, iustus. **ذَاجِنًا** kiuo, dolor. **حَلْوَةً بَيْنَ** hhirutho, libertas. Si autem sub o significat v longū, vt **حَلْقَةً** pumo, os.

حَدْبَه kubo, spina.

بَهْلَه bthulo, virgo.

نَعْرَةً nuno, piscis.

سَعْدَةً sciufro, pulchritudo.

سَغْلَه sghulo, racemus.

دَمْثَه dmutho, similitudo.

Si vero supra o significat v breue, vt

لَهْمَه posuqo, sector. **ذَخْرَهُ** oburo, transiens.

نَسْعَه nesiuno, tentatio. **أَذْكُرَهُ** sciutho, historia, narratio, &c. Si postea ponatur supra litteras, & præsertim significare solet o, vt

لَهْزِيُّ zochuto, victoria.

أَدْخِنَا ouodho, opus.

لَهْنَهُ niohho, quies.

أَعْلَهُ auolo, iniquus.

فَهْلَهُ kiono, natura.

Interdum y, vt capite præcedenti diximus: & ita si omnia puncta, quæ passim supra voces scripta reperiuntur ad ea, quæ diximus, & alibi dicemus, reducas, facili negotio, cur illa illis affigantur intelliges. Quamquam (vt vere dicam) multa ex antiquorum traditione vocibus ponuntur puncta, quorū scientia cum nimis sit molesta, & post inuentas vocales non admordum

dum necessaria; non magni fit nunc a recentioribus. Et hæc satis iam sint de punctis. Nam de punctis, quæ ponuntur in periodis, incisis, & membris orationis, & quæ varios loquendi modos indicant, quia maiorem habent difficultatem, commodius versus finem Grammaticæ, ne hic ipso initio tyrones difficultatibus implicentur, disseremus.

PRIMI LIBRI FINIS.



GEORGII

GEORGII AMIRAE
SYRI EDENIENSIS
E LIBANO.

GRAMMATICA E
LINGVAE CHALDAICAE,
SIVE SYRIACÆ
DE NOMINE, AC PRONOMINE
LIBER SECUNDVS





De numero partium orationis.

CAPVT I.



E partium orationis numero, quoniā inter Syros Grammaticos non leuis est disceptatio: ideo antequam de nomine agere incipiamus, earum numerum statuere debemus. Itaque quidā ex illis reuocant omnes orationis partes ad tres  nomē,

 verbum, &  coniunctionem; ita videtur sentire auctor Grammaticæ Arabico sermone explicatæ. Alij vero septem tātum orationis partes omissa interiectione enumerāt; quas mox enumerabimus; ita sentit Elias in sua Grammatica, ubi ait hoc idem quoque sensisse Syros doctores: idem etiā sentit

tit Ioannes Estunoio in sua Grammatica. Sed reuera licet vtraq; opinio defendi possit : mihi tamen non omnino satisficit : non prima ; quia omnes orationis partes ad illas tres enumeratas cōmode reuocari non possunt ; cum præsertim harum descriptio-nes illis non omnino conueniant , & dissentibus hac tripartita diuisione non minima afferatur obscuritas : nec secunda ; quia nihil video , cur interiectio a numero partium orationis exclu-datur , & non tamquam pars distincta , sicut aliæ , enumaretur . Quare ego , vt in lingua Latina , sic in nostra , octo , nec plures , nec pauciores orationis partes puto esse constituendas .

nomē. | مُعْدَلْ مُعْدَلْ pronomen. | مُعْدَلْ مُعْدَلْ verbū.

verbū nominis. | مُعْدَلْ مُعْدَلْ supra verbum , seu aduerbium .

| مُعْدَلْ مُعْدَلْ antecessio positionis , seu præpositio .

| مُعْدَلْ مُعْدَلْ medietas positionis , seu interpositio , aut in-

teriectio : vel | مُعْدَلْ مُعْدَلْ significans passiones . | مُعْدَلْ

coniunctio . De quorum singulis breuiter nobis tractandum est ; & quoniam nōmen primum in oratione tenet locum , & apud nos est radix , a qua ipsum verbum , & quædā ex prædictis pul-lulant , ab eo potissimum initium ducemus , & in hoc libro tra-tabimus .

De nominis definitione , ac diuisione .

C A P. II.

N Omen varias a varijs Grāmaticis definitiones habet ; quæ quidem licet idem fere significant : quia tamen non medio-criter iuuant ad eruditionem , & Grammaticos Syros intelligē-

H dos,

dos, eas in medium afferam. Primo autem nomen definitur ab Elia sic , | حَدَّا لِمَنْ أَنْتَ مُكَفَّهُ بَلْمَهَدَّا | حَدَّا لِمَنْ أَنْتَ مُكَفَّهُ بَلْمَهَدَّا |

Idest, nomen est vox significatiua in perfectione sine tempore, cuius pars, neque ynum, seu nihil significatiua, cum separatur: Eodem plane modo, & ijsdem verbis ab eodem definitur in quodam suo fragmendo. Secundo a Iohanne Estunoio in sua Grammatica sic : | حَدَّا لِمَنْ أَنْتَ مُكَفَّهُ بَلْمَهَدَّا |

: | حَدَّا لِمَنْ أَنْتَ مُكَفَّهُ بَلْمَهَدَّا | حَدَّا لِمَنْ أَنْتَ مُكَفَّهُ بَلْمَهَدَّا |

idest, Nomen est pars prima locutionis, seu orationis, quæ significat rem aliquam, aut actionem. Quæ definitio videtur esse diminuta, & imperfecta: nam si tollas illud (prima) non differt a verbo: vnde puto deesse huic definitioni | لِمَنْ أَنْتَ |, sine tempore, & si hoc illi addatur fit bona nominis definitio. Tertio, in Grammatica Arabico sermone explicata ita definitur:

